3) *sentio, animadverto, wahrnehmen* a) de rebus, quas sensu experimur, *ἄνεμον ἰσχυρόν* Matth. XIV, 30. (ita *κτύπον δέδορκα* Aeschyl. Sept. c. Theb. v. 100. ed. Lips. *τοὺς πολεμίους θεάσασθαι* Xen. Anab. VI, 5. 16.) cf. *Fischer* ad Weller. Vol. III. P. II. p. 66. et *Bornem.* ad Xen. Anab. I. 1. qui ut apud graecos, ita etiam apud latinos scriptores permutari haud raro verba sentiendi notionem communem habentia, Horatii Od. II, 1. 20. exemplo confirmat. — b) de rebus, quas animo cognoscimus: *intelligo, animadverto* aa) sq. acc. c. particip. Rom. VII, 23. *βλέπω δὲ ἕτερον νόμον — ἀντιστρατευόμενον τῷ νόμῳ τοῦ νοός μου.* Hebr. X, 25. cf. *Matthiae* §. 548. p. 790. *Buttm.* §. 131, 4. et not. b. *Winer* p. 140. — bb) sq. *ὅτι* 2 Cor. VII, 8. *βλέπω γὰρ ὅτι ἡ ἐπιστολὴ — ἐλύπησεν ὑμᾶς.* Hebr. III, 19. Jac.

II, 22. — De ὅτι post verba intelligendi cf. *Matthiae* §. 548. p. 792.

Βλητέος, α, ον, (verbale verbi βάλλω) *iaciendus*. Vide βάλλω no. 2. b. aa. β.

Βοανεργές, *Boanerges*, vox hebr. בְּנֵי־רֶגֶשׁ i. e. *filii tonitru* Marc. III, 17. cognomen impositum filiis Zebedaei, Jacobo maiori et Johanni, utrum ob insignem dicendi vim et vehementiam, an propter fervidiorem animi indolem, conspicuam in verbis Luc. IX, 54. certo definiri nequit.

Βοάω, ῶ, f. ήσω, 1) *clamo*, a) de laetantibus Gal. IV, 27. (Xen. Cyr. VII, 5. 76.) — b) de dolentibus Marc. XV, 38. Act. VIII, 7. — Uti in his locis, ita etiam βοᾶν μεγάλῃ φωνῇ legitur Plut. vit. Coriol. c. 25. et κραυγῇ β. Xen. Cyr. I, 6. 40. cf. *Winer* p. 167. *Matthiae* §. 415. p. 572. *Fischer* ad Well. T. III. P. I. p. 427. *Bornem.* in *Rosenmüller* Repert. Vol. II. p. 304. — c) de iis, qui cum clamore iubent, Matth. III, 3. Marc. I, 3. Luc. IV, 4. Joh. I, 23. coll. Jes. XL, 3. (Xen. Anab. IV, 3. 22. Diod. Sic. XII, 62.) — 2) ad normam hebr. זָעַק אֶל Hos. VII, 14. et ibi LXX βοάω πρός τινα, *in auxilium voco, auxilium alicuius imploro* Luc. XVIII, 7.

Βοή, ῆς, ἡ, *clamor*. Legitur tantum Jacob. V, 4. (Aelian. V. H. XIII, 46. Xen. Anab. IV, 7. 23.)

Βοήθεια, ας, ἡ, (a βοηθέω q. v.) — 1) *auxilium* Hebr. IV, 16. (Herodian. II, 5. 5. Thuc. III, 113.) — 2) metonym. αἱ βοήθειαι *adminicula* Act. XXVII, 17. (Aristot. Rhet. II, 5.)

Βοηθέω, ῶ, f. ήσω, (ex βοή, clamor et θέω curro, ad clamorem, maxime periclitantium, accurro, accurro ad auxilium ferendum Xen. Cyr. III, 2. 1. Polyb. III, 104. 3.) *auxilior, opem fero* Matth. XV, 25. Marc. IX, 22. 24. Act. XVI, 9. XXI, 28. 2 Cor. VI, 2. Hebr. II, 18. Apoc. XII, 16. (Herodian. II, 7. 5. Polyb. I, 84. 4. Xen. Mem. II, 6. 25.) Saepius non extat in N. T.

Βοηθός, οῦ, ὁ, *auxiliator*. Semel in N. T. Hebr. III, 6. (Herodian. III, 6. 16. Xen. Mem. II, 1. 14.)

Βόθυνος, ου, ὁ, *fovea, scrobs*. Ter in N. T. Matth. XII, 11. XV, 11. Luc. VI, 39. ubi de puteis vel cisternis dici videtur. LXX pro פַּחַת 2 Sam. XVIII, 17. (Xen. Oecon. XIX, 7.)

Βολή, ῆς, ἡ, *iactus*. Semel extat in N. T. Luc. XXII, 41. ὡσεὶ λίθου βολήν ad lapidis iactum; de quo accusat. cf. *Matthiae* p. 583, 2. *Buttmann* §. 118, 7. (Xen. H. G. IV, 5. 15. Diod. Sic. V, 41.)

Βολίζω, f. ίσω, (a βολίς, iaculum, deinde bolis i. e. perpendiculum nauticum, quo explorant nautae maris altitudinem, ne allidant naves) *bolidem* i. e. *perpendiculum nauticum demitto*. Semel extat in N. T. Act. XXVII, 28. (Eustath. in Odyss. I. p. 69, 40.)

Βολίς, *ίδος*, *ἡ*, (a *βάλλω*, iacio; das Geworfene, ut: der Wurf im Spiele Anth. gr. IV. p. 63. *Jac.*) *iaculum* Hebr. XII, 20. — LXX pro שֶׁלַח Neh. IV, 17. חֵץ Num. XXIV, 8.

Βοόζ, *ὁ*, *Boas*, hebr. בֹּעַז, nom. propr. viri hebr. Matth. I, 5. Luc. III, 32.

Βόρβορος, *ου*, *ὁ*, *stercus*, *coenum*. Extat tantum 2 Petr. II, 22. LXX pro טִיט Jer. XXXVIII, 6. (Dem. 1259, 11. Plut. de gen. Socr. c. 10. Moral. IV. p. 75. ed. *Tauchn.* Arrian. Epict. IV, 11. „ἐν *βορβόροις κεῖσθαι* dicitur de impiis, quos Lactantius VII, 77. in tenebricosis locis atque in coeni voraginibus poenas luere dicit" *Jacobs.* Anth. gr. VI. p. 375. cf. Matth. VIII, 12. XXII, 13.)

Βοῤῥᾶς, *ᾶ*, *ὁ*, i. q. *βορέας*, (aquilo, Nord-Nord-Ostwind Xen. Anab. IV, 5. 3.) *septentrio*, *plaga septentrionalis* Luc. XIII, 29. Apoc. XXI, 13. — LXX pro צָפוֹן Job. XXXVIII, 22. Gen. XIII, 14. (Thuc. III, 4.)

Βόσκω, f. *βοσκήσω*, *pasco*, pastum duco, *βόσκομαι* *pascor*, *me pasco* a) pp. Matth. VIII, 30. 33. Marc. V, 11. Luc. VIII, 32. 34. XV, 15. (Hom. Odyss. XIV, 103. Aesop. fab. 131.) — b) metaph. ut religionis suae cultores ovibus, ita docendi officium comparat Jesus pascendi negotio Joh. XXI, 15. 17. — LXX *providendi* sens. pro רָאָה 1 Regg. XII, 16.

Βοσόρ, *ὁ*, *Bosor*, hebr. בְּעוֹר nom. propr. viri 2 Petr. II, 15.

Βοτάνη, *ης*, *ἡ*, *herba.* Habetur tantum Hebr. VI, 7. — LXX pro עֵשֶׂב (Aelian. V. H. II, 40.)

Βότρυς, *υος*, *ὁ*, *racemus*, *uva* Apoc. XIV, 18. LXX pro אֶשְׁכֹּל Gen. XL, 10. (Xen. Oec. XIX, 18.)

Βουλεύομαι, f. *σομαι*, (a *βουλεύω*, suadeo, a consiliis sum Xen. Anab. II, 5. 16. senator sum Xen. Mem. I, 1. 18.) 1) *delibero mecum* sq. εἰ c. indicat. *βουλεύεται, εἰ δυνατός ἐστιν — ἀπαντῆσαι* Luc. XIV, 31. cf. *Winer* p. 121. *Matthiae* §. 504. p. 709. (Aelian. V. H. XII, 8. Xen. Mem. III, 6. 8.) — significatione reciproca: *inter se consultare*, seq. ἵνα Joh. XII, 10. *ἐβουλεύσαντο — ἵνα καὶ τὸν Λάζαρον ἀποκτείνωσιν.* (sq. *περί τινος* Herodian. II, 10. 13. Xen. Cyr. IV, 2. 22.) LXX pro נוֹעַץ 1 Chron. XIII, 1. — De significatione medii reciproca v. *Winer* p. 110. *Buttm.* §. 122, not. 7. — 2) *consilium capio*, *decerno*, a) sq. acc. *ἢ ἃ βουλεύομαι, κατὰ σάρκα βουλεύομαι*; 2 Cor. I, 17. (Xen. Anab. I, 1. 7.) — b) sq. infinit. Act. V, 33. *ἐβουλεύοντο ἀνελεῖν αὐτούς.* XV, 37. — In quibus locis cum Codd. plures habeant *βούλεσθαι*, cf. quae habent de verborum *βουλεύεσθαι* et *βούλεσθαι*, item de *βούλευμα* et *βούλημα* in Codd. confusione *Wesseling.* ad Herodot. p. 78. *Schweighäuser* Lex. Polyb. sub *βουλεύομαι.* *Lobeck* ad Sophocl. Aiac. p. 228. *Stallbaum* ad Plat. Phil. p. 103. — Act. XXVII, 39. (Herodian. I, 16. 8. Xen. Mem. I, 4. 7.) Saepius non legitur in N. T.

Βουλευτής, οῦ, ὁ, (pp. qui est a consiliis) *senator*, de assessore synedrii magni Marc. XV, 43. Luc. XXIII, 50. 51. (Xen. H. G. II, 3. 23. Thuc. VIII, 69.)

Βουλή, ῆς, ἡ, 1) *consilium, quod capit aliquis, decretum, Rathschluss, Beschluss*, a) de Dei consiliis Luc. VII, 30. q. l. εἰς ἑαυτούς: *sibi in detrimentum*. Vid. *Winer* p. 85. et infra sub εἰς. Act. II, 23. IV, 28. XIII, 36. XX, 27. Hebr. VI, 7. — addito τοῦ θελήματος αὐτοῦ Eph. I, 11. cf. *Winer* p. 204. — b) de hominum consiliis Luc. XXIII, 51. Act. V, 38. XXVII, 12. (Aelian. V. H. II, 4. Hom. Iliad. I, 5.) — sq. ἵνα c. coniunct. Act. XXVII, 42. τῶν δὲ στρατιωτῶν βουλὴ ἐγένετο, ἵνα τοὺς δεσμώτας ἀποκτείνωσι *der Kriegsknechte Rath aber war der, man solle die Gefangenen tödten*. cf. *Winer* p. 147. et 124. — 2) *animi sensa et cogitata, Absicht* 1 Cor. IV, 5.

Βούλημα, τος, τό, *consilium, decretum* Act. XXVII, 43. Rom. IX, 19. (Dem. 1109, 15.)

Βούλομαι, pers. secunda βούλει [Luc. XXII, 42. cf. *Buttm.* §. 93. III. 3. gram. max. §. 87, not. 9. *Matthiae* §. 203, not. 3. p. 374. ed. II. *Winer* p. 38.] impf. ἐβουλόμην [Act. XXV, 20. XXVIII, 18. 2 Cor. I, 15. ut Lucian. D. D. VIII, 3. — Attici ἠβουλόμην] a. 1. ἐβουλήθην [Jac. IV, 4.] et ἠβουλήθην [2 Joh. v. 10. cf. *Buttm.* §. 76, not. 5. gram. max. §. 83, not. 8. Vol. I. p. 324. *Matthiae* §. 162, not. 3. p. 299. *Winer* p. 36.] *volo, ich will, wünsche* a) de hominibus aa) universe α) seq. infinit. cf. *Winer* p. 131 sq. *Matthiae* §. 351. p. 759. *Buttm.* §. 127. — Matth. I, 19. Marc. XV, 15. Act. V, 28. XII, 4. XVII, 20. XVIII, 15. 27. XIX, 30. XXII, 30. XXIII, 28. XXV, 20. 22. XXVII, 43. XXVIII, 18. 2 Cor. I, 15. Phil. I, 12. ; 1 Tim. VI, 8. Jac. III, 4. IV, 4. 2 Joh. v. 12. 3 Joh. v. 10. (Plut. de sanit. tuend. c. 1. Mor. Vol. I. p. 284. ed. *Tauchn.* Xen. Anab. I, 1. 1.) — β) sq. futuro, vel, si Graecorum antiquiorum dicendi rationem respexeris, coniunctivo aorist. Joh. XVIII, 39. βούλεσθε οὖν, ὑμῖν ἀπολύσω τὸν βασιλέα τῶν Ἰουδαίων; i. e. *wollt ihr nun, soll ich euch den König der Juden losgeben?* Cf. *Lobeck* ad Phryn. p. 734 sq. *Voigtländer* Lucian. Dial. Mort. sub βούλομαι p. 168 sq. coll. *Matthiae* §. 515, 3. p. 726. *Buttm.* §. 126, not. 7. *Schäfer* ad Lamb. Bos. p. 764. *Valckenar.* ad Eurip. Hippol. v. 787. p. 255 sq. ed. Lips. — bb) de praecipiente, sq. acc. c. infin. 1 Tim. II, 8. βούλομαι οὖν προσεύχεσθαι τοὺς ἄνδρας. V, 14. Tit. III, 8. Philem. v. 12. Jud. v. 5. Cf. *Winer* p. 132 sq. *Buttm.* §. 128, 2. *Matthiae* §. 536. p. 771. — — b) de Deo, ubi i. q. ἐθέλω Luc. XXII, 42. Hebr. VI, 17. Jac. I, 18. 2 Petr. III, 9. — hinc de Jesu, filio Dei Matth. XI, 27. et Luc. X, 22. it. de spiritu div. 1 Cor. XII, 11. — De discrimine inter βούλομαι et ἐθέλω cf. *Buttm.* Lexilog. Vol. I. p. 26 sqq. et *Passow* sub hh. vv. Saepius non legitur in N. T.

Βουνός, οῦ, ὁ, *clivus, tumulus*. Bis in N. T. Luc. III, 5. XXIII, 30. — LXX pro גִּבְעָה Exod. XVII, 9. 10. (Cebet. Tab. c. 15. (12.) Polyb. III, 83. 1.) Vox serioris aevi v. *Lobeck* ad Phryn. p. 355. et *Sturz* de dial. alex. p. 153 sq.

Βοῦς, βοός, ὁ, ἡ, *bos, vacca* Luc. XIII, 15. XIV, 5. 19. al. (Xen. Mem. I, 2. 32.)

Βραβεῖον, ου, τό, *praemium, quod victoribus in certaminibus gymnicis decernitur*, ut corona, palma 1 Cor. IX, 24. metaph. de praemio virtutis futuro Phil. III, 14.

Βραβεύω, f. εύσω, (sum βραβεύς i. e. sum moderator certaminis gymnici) *praesum, moderor, regno*. Semel in N. T. Col. III, 14. ἡ εἰρήνη τοῦ χριστοῦ βραβευέτω ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν. (Diod. Sic. XIII, 53. Polyb. VI, 4. 3.)

Βραδύνω, f. υνῶ, (a βραδύς tardus) *tardo* a) intransitive: *cunctor* 1 Tim. III, 15. ἐὰν δὲ βραδύνω. (Aelian. V. H. III, 43. Herodian. III, 7. 10.) — b) transitiv. *differo* 2 Petr. III, 9. οὐ βραδύνει ὁ κύριος τῆς ἐπαγγελίας non differt Dominus promissionem; vel, si offendit genitivus, [explicandus: *in Beziehung auf, rücksichtlich*. Certe celerandi verba ita secum habent genit. cf. *Matthiae* §. 316. p. 433. *Winer* p. 76 sq.] verte: non tardat Dominus, qui dedit promissionem, vel etiam: non tardat Dominus promissus i. e. quem gloriose rediturum esse promisimus. cf. *Winer* p. 92. *Matthiae* §. 430. p. 592. *Fischer* ad Weller. Vol. III. P. I. p. 293. *Gesen.* p. 643.

Βραδυπλοέω, ῶ, f. ήσω, (ex βραδύς tardus et πλέω) *tarde navigo*. Semel in N. T. Act. XXVII, 7. (Artemidor. IV, 82.)

Βραδύς, εῖα, ύ, *tardus* Jacob. I, 19. (Xen. Mem. IV, 2. 5.) — τῇ καρδίᾳ *tardus ingenio, stupidus* Luc. XXIV, 25. (Polyb. IV, 8. 7.) cf. *Winer* p. 84. *Matthiae* §. 404. p. 548.

Βραδύτης, τῆτος, ἡ, *tarditas* 2 Petr. III, 9. ὥς τινες βραδυτῆτα ἡγοῦνται ut quidam tarditatem i. e. tardari putant. (Herodian. III, 4. 15. Xen. H. G. IV, 6. 5.)

Βραχίων, ονος, ὁ, *brachium*, (pp. Xen. Equestr. VII, 8. in N. T.) ex hebr. *vis, potentia* Luc. I, 51. Joh. XII, 38. Act. XIII, 17. Ita LXX pro זְרוֹעַ Deut. V, 15.

Βραχύς, εῖα, ύ, 1) *brevis* a) de tempore: μετὰ βραχὺ i. e. *paulo post* Luc. XXII, 58. (Xen. Ephes. p. 29. βουλεύσασθαι βραχὺ, pro quo mox plene βραχὺν βουλεύσασθαι χρόνον cf. Lamb. Bos. de ellips. p. 103. coll. *Winer* p. 199 sq. *Herm.* ad Vig. p. 871.) — Act. V, 34. ἔξω βραχύ τι τοὺς ἀποστόλους ποιῆσαι. — De quo accusat. vid. *Matthiae* §. 424. p. 583. — b) de loco Act. XXVII, 28. βραχὺ δὲ διαστήσαντες. cf. *Matthiae* l. l. et §. 446. p. 621. (Xen. Cyr. V, 4. 47. Thuc. I, 63.) — 2) *paucus, exiguus* a) de modo, vom Maasse Hebr. II, 7. 9. βραχύ τι ἠλαττώσας αὐτόν et βραχύ τι ἠλαττωμένον. — De accus. ubi quaeritur: *quanto?* iuncto c. comparat. v. *Matthiae* §. 424. p. 583. — b) de copia Joh. VI, 7. ἵνα ἕκαστος αὐτῶν

βραχύ τι λάβῃ. (Xen. Mem. I, 4. 8.) — διὰ βραχέων i. e. *paucis* sc. verbis Hebr. XIII, 22. (Lucian. Toxar. §. 56.) — LXX pro מְעַט 2 Sam. XIX, 36. Prov. V, 14. — Saepius non extat in N. T.

Βρέφος, εος, ους, τό, 1) *foetus*, *embryo* Luc. I, 41. (Hom. Iliad. XXIII, 265. Dioscor. V, 74.) — 2) *infans recens natus* a) pp. Luc. II, 12. 16. Act. VII, 19. Luc. XVIII, 15. 2 Tim. III, 15. (Aelian V. H. I, 8. Xen. Mem. II, 2. 5.) — b) metaph. de iis, qui *modo Christiani facti* sunt 1 Petr. II, 2.

Βρέχω, f. ξω, 1) *madefacio* Luc. VII, 38. ἤρξατο βρέχειν τοὺς πόδας αὐτοῦ τοῖς δάκρυσι. Apoc. XI, 6. (Diod. Sic. III, 24. Xen. Anab. I, 4. 17.) — 2) *irrigo*, *pluvia humecto*, *pluviam demitto* Matth. V, 45. Luc. XVII, 29. Jac. V, 17. ἔβρεξε sc. θεός ita LXX pro הִמְטִיר Gen. II, 5. XIX, 24. (Polyb. XVI, 12. 3. Arrian. diss. epictet. I, 6. 30.) Verbum hoc antiquitus a communi usu seiunctum poetisque aptum fuisse, postea autem factum proletarii sermonis, docuit nuper *Lobeck* ad Phryn. p. 291.

Βροντή, ῆς, ἡ, *tonitru* Marc. III, 17. de quo loco v. βοανεργές Joh. XII, 29. alibi. (Hom. Iliad. XXI, 199. Xen. Cyr. VII, 1. 3. Herodot. III, 86. Paus. IV, 21. 4.)

Βροχή, ῆς, ἡ, (a βρέχω q. v.) *pluvia*. Bis in N. T. Matth. VII, 25. 27. — LXX pro גֶּשֶׁם Ps. LXVIII, 10. CV, 32. (Geopp. II, 39. 191.) Vox serioris aetatis cf. *Lobeck* ad Phryn. p. 291.

Βρόχος, ου, ὁ, *laqueus*, 1 Cor. VII, 35. βρόχον ἐπιβάλλειν, illaqueare i. e. necessitatem imponere. (Aelian. V. H. XIII, 36. Diod. Sic. III, 35. Xen. Venat. II, 5. Polyb. XII, 16. 10.)

Βρυγμός, οῦ, ὁ, (a βρύχω q. v.) *stridor dentium*, ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων, formula solemnis in describenda miseria hominum, quos regni sui felicitate indignos habebit Messias Matth. VIII, 12. XIII, 42. 50. XXII, 13. XXIV, 51. XXV, 30. Luc. XIII, 28. Saepius non extat in N. T.

Βρύχω, f. ξω, *strideo*, *frendeo dentibus*. Semel in N. T. Act. VII, 54. — LXX pro חָרַק Job. XVI, 9. Ps. XXXV, 6. Etsi verba, βρύκειν et βρύχειν, origine unum sint, tamen usu, ut in plurimis aliis et graecae et aliarum linguarum verbis, aliquid discriminis invaluit, ut βρύκειν *mandere*, βρύχειν autem *frendere* significaret; ita *Herm.* ad Sophocl. Philoct. v. 735.

Βρύω, f. ύσω, (abundo, alluo Diog. Laert. I, 122.) *produco*, *emitto* Jac. III, 11. Saepius in N. T. non reperitur. (Xen. Venat. V, 12.)

Βρῶμα, τος, τό, (a βιβρώσκω comedo) *id, quod comeditur*, *cibus* a) universe aa) proprie Matth. XIV, 15. Marc. VII, 19. Luc. III, 11. IX, 13. 1 Cor. VI, 13. VIII, 8. (Aelian. V. H. III, 20. Plut. de sanit. tuend. c. 6. Mor. I. p. 298. ed. *Tauchn.* Xen. Mem. III, 11. 13.) LXX pro אֹכֶל Gen. XLI, 35. — bb) trop. Joh. IV, 34. ἐμὸν βρῶμά ἐστιν, ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τοῦ πέμ-

τιαντός με i. e. victus meus hoc continetur studio, ut peragam voluntatem illius, qui misit me. cf. *Fritzsche* Quatt. Evv. Vol. I. p. 380. — b) de cibis, quorum usu offendebantur Christiani e Judaeis Rom. XIV, 15. 20. 1 Cor. VIII, 13. 1 Tim. IV, 3. — c) de cibis, quorum usum lex mosaica concedebat Hebr. IX, 10. XIII, 9. — d) ubi opponitur τῷ γάλακτι pro: στερεὰ τροφή i. e. *cibus solidior*, trop. pro: *institutio perfectior* 1 Cor. III, 2. coll. Hebr. V, 12. — e) βρῶμα πνευματικόν, *cibus* vel *ad animum pertinens*, vel *profectus a Spiritu div.* 1 Cor. X, 3. — Saepius non extat in N. T.

Βρώσιμος, ον, ὁ, ἡ, — ον, τό, *edulis, esculentus* Luc. XXIV, 41. Saepius non legitur in N. T. — LXX pro מַאֲכָל Levit. XIX, 23.

Βρῶσις, εως, ἡ, 1) *cibus, edulium* a) propr. Hebr. XII, 16. ἀντὶ μιᾶς βρώσεως ἀπέδοτο τὰ πρωτοτόκια αὐτοῦ. Joh. VI, 27. — LXX pro אֹכֶל Gen. XLVII, 24. מַאֲכָל Gen. II, 9. III, 6. (Thuc. II. 10.) — b) trop. de animi nutrimento, quod porrigit Jesus Joh. IV, 32. VII, 27. 55. — 2) *esus* a) propr. i. e. comedendi actus, *das Essen* Rom. XIV, 17. 1 Cor. VIII, 4. 2 Cor. IX, 10. Col. II, 16. (Xen. Mem. I, 3. 15.) — b) metaph. *corrosio, das Zernagen, die Zernagung* Matth. VI, 19. 20. Alii: *aerugo corrodens metalla et res metallo paratas.*

Βρώσκω, f. βρώσω, *comedo* Joh. VI, 13. (Hom. Iliad. XXII, 94. Xen. Hiero I, 24.)

Βυθίζω, f. ίσω, *demergo* a) pp. Luc. V, 7. ὥστε βυθίζεσθαι αὐτά i. e. *ut propemodum mergerentur.* cf. *Winer* p. 108, 2. b. (Diod. Sic. V, 4.) — b) metaph. εἰς ὄλεθρον, ut Latin. *miseriis mergo, in perniciem abduco* 1 Tim. VI, 9.

Βυθός, οῦ, ὁ, (fundus, ima alicuius rei pars Xen. Oecon. XIX, 11.) *altum* i. e. *mare altum.* Semel in N. T. νυχθήμερον ἐν τῷ βυθῷ πεποίηκα per integram noctem et diem in alto versatus sum 2 Cor. XI, 25. Ita LXX pro מְצוּלָה Ps. CVII, 24. Exod. XV, 5. (Aelian. Hist. Anim. VIII, 3. Artemidor. IV, 53. Diod. Sic. III, 21.)

Βυρσεύς, έως, ὁ, *coriarius, der Gerber* Act. IX, 43. X, 6. 32. (a βύρσα corium Xen. Apol. §. 29. βυρσεύς Artemid. IV, 56. ed. *Reiff.* apud Aristophan. Plut. v. 167. Nubb. 581. idem dicitur βυρσοδέψης.)

Βύσσινος, η, ον, *byssinus, e bysso confectus*, neutr. *βύσσινον, vestis byssina* Apoc. XVIII, 12. 16. XIX, 8. 14. In quibus locis cum vel verba ἐνδύσασθαι et. περιβάλλεσθαι vel contextus doceant, agi de vestibus, nihil supplendum est. cf. *Herm.* ad Vig. p. 870 sq. et exempla graeca apud Lamb. Bos. de ellips. p. 204. ed. *Schäfer.* LXX pro שֵׁשׁ Gen. XLI, 42. בוּץ 1 Chron. XV, 27. (Diod. Sic. I, 85.)

Βύσσος, ου, ἡ, *byssus*, erat gossypinum pretiosissimum, nobilissimum ac tenuissimum. Varia commemorantur eius genera,

indica, aegyptiaca, achaica, quae circa Elidem in folliculis papaveris instar crescebant. Vestes byssinae erant pro varietate coloris nativi flavae, rufae, albicantes, purpureo colore tinctae Strabo XV, 1016. Philost. Vit. Apoll. II, 20. cf. *Winer* bibl. Realw. p. 89. Nomina hebraica sunt שֵׁשׁ Exod. XXVIII, 39. בּוּץ 2 Chron. V, 12. בַּד 1 Chron. XV, 27. — Luc. XVI, 19. [Apoc. XVIII, 12.] — (Pausan. V, 5. VI, 26.)

Βωμός, οῦ, ὁ, (locus editus, suggestus, basis Hom. Iliad. VIII, 441.) *ara, altare.* Semel in N. T. Act. XVII, 23. (Diod. Sic. III, 28. Plut. vit. Demetr. c. 10. Xen. Mem. I, 1. 2. Thuc. IV, 98.)

Γ.

Γαββαθᾶ, etiam *Γαβ͵βαθᾶ, ἡ, Gabbatha,* nomen syrochald. גַּבִּיתָא vel גַּבְּתָא, i. e. locus excelsus, cui respondet *λιθόστρωτον* i. e. pavimentum parvulis variisque lapidibus sectis marmoreis stratum, opus tesselatum, vermiculatum, *ein Marmor-* oder *Mussivboden.* Ut enim a Sullae inde temporibus usu receptum erat, ut Romani nobiliores et beatiores in aedibus suis pavimenta tesselata et sectilia facienda curarent (Plin. Hist. N. XXXVI, 25.) ita postea ipsa sectilia et marmoris crustas vel tesseras in expeditionibus et provinciis Romani secum ferebant iisque praetorium sterni et tribunal, e quo ius dicebant et verba faciebant ad milites et cives, imponi iubebant Joh. XIX, 13. Sunt tamen, qui, cum Joh. l. l. addatur nomen syrochaldaicum cumque Josephus de bell. iud. VI, 7. in describendis templi hierosolymitani partibus exterioribus commemoraverit *λιθόστρωτον* aliquod, locum certum urbis Hierosolymae, pertinentem, ut videtur, ad illam templi partem, quae atrium gentium appellabatur, significari moneant. cf. *Winer* bibl. Realw. p. 414. sub voc. *Lithostroton.*

Γαβριήλ, ὁ, Gabriel; nomen archangeli hebr. גַּבְרִיאֵל. Luc. I, 19.

Γάγγραινα, ης, ἡ, gangraena, nomen morbi, quo pars quaedam corporis, laborans vi inflammationis, ita emortua est, ut, nisi medela opportune afferatur, malum, indies latius serpens, reliquas simul corporis partes et ossa tandem carie arrodat, *der kalte Brand* 2 Tim. II, 17. Semel in N. T.

Γάδ, ὁ, Gad, hebr. גָּד, nom. propr. filii Jacobi patriarchae et Silpae Apoc. VII, 5.

Γαδαρηνός, ἡ, όν, Gadarenus; χώρα τῶν γαδαρηνῶν est i. q. *γαδαρίς* regio Gadarenorum Matth. VIII, 28. Marc. V, 1. Luc. VIII, 26. coll. Joseph. de bell. iud. III, 3. Est nomen gentile, ortum ab urbe *γαδαρά,* metropoli Peroeae, littori orientali lacus Genezareth adiacente, LX stadiis a Tiberiade distante et a genti-

libus maxime habitata; Herodi M. ab Augusto donata, postea vero Syriae adnumerata est.

Γάζα, ης, ἡ, (vocab. persicum, civitate graeca et latina donatum, significans: aerarium regium Diod. Sic. XVII, 64. et T. X. p. 95. Curtius III, 12. 17) *aerarium* i. e. *thesaurus et thesauri reconditorium.* Semel in N. T. extat Act. VIII, 27. LXX pro גנזים Esth. III, 9.

Γάζα, ης, ἡ, *Gaza*, hebr. עזה, urbs quondam celebris Philistaeorum, sita in colle, versus fines terrae israeliticae australes, Raphiam inter et Ascalonem, assignata quidem tribui Judae, recepta tamen mox a Philistaeis. Praesidium cum haberet persicum, Alexander M. post obsidionem quinque mensium eam expugnavit, neque tamen delevit. Post vero, anno 96 a. Chr. n. Alexander Jannaeus, Judaeorum rex, Gazam captam post anni unius obsidionem diruit, dirutam autem aliquot annis post instauravit Gabinius. Denique Augustus imperator eandem donavit Herodi M. quo mortuo Syriae adiecta est. Curtius IV, 6. Joseph. Ant. XI, 8. 3. XIII, 13. 3. XIII, 5. 5. XV, 7. 9. Plutarch. Alex. c. 25. — Act. VIII, 26. verba *αὕτη ἐστὶν ἔρημος* alii explicant: praesidiis et munimentis nudata, alii: *αὕτη* (sc. ἡ ὁδός) non est admodum frequens; alii de duplici Gaza, vetere i. e. ab Alexandri inde M. tempore deserta et nova, Lucae temporibus florente, cogitarunt; alii denique haec verba pro glossemate habenda esse arbitrantur cf. *Kuinoel* Comment. in libr. N. T. hist. Vol. IV. p. 311.

Γαζοφυλάκιον, ου, τό, (ex γάζα thesaurus et φυλακή custodia pp. aerarium, thesauri reconditorium) *aerarium sacrum,* dicitur enim in N. T. de cistis XIII, quae erant in atrio mulierum, Rabbinis שופרות i. e. tubae appellatis, ob formam tubis non dissimilem, in quibus condebantur nummi vel sponte oblati vel quotannis a Judaeis ad templi conservationem pendendi Marc. XII, 41. 43. Luc. XXI, 1. Joh. VIII, 20.

Γάϊος, ου, ὁ, *Caius*, nomen propr. trium virorum in N. T. obviorum, quorum alter *Derbensis* Act. XX, 4. alter *Macedo* Act. XIX, 29. e comitibus Pauli erant, tertius *Corinthius* et Pauli opera ad Christianorum sacra adductus erat. Huius hospitio Paulus non solum Corinthi degens fruebatur, sed habebantur etiam in eiusdem Caii aedibus conventus Christianorum sacri. Ad eundem denique scriptam multi putant epistolam Johannis tertiam Rom. XVI, 23. 1 Cor. I, 15.

Γάλα, λακτος, τό, *lac* a) pp. 1 Cor. IX, 7. (Aelian. V. H. I, 31. Xen. Mem. IV, 3. 10.) — b) metaph. α) de *elementis doctrinae christianae* 1 Cor. III, 2. Hebr. V, 12. 13. — β) de *nutrimento animi* 1 Petr. II, 2.

Γαλάτης, ου, ὁ, *Galata*, incola Galatiae Gal. III, 1.

Γαλατία, ας, ἡ, *Galatia*, *Gallograecia*, nomen regionis Asiae minoris, confinis Paphlagoniae, Ponto, Cappadociae, Phrygiae, Lycaoniae et Bithyniae. Nomen traxit a Gallorum

gentibus quibusdam Trocmis et Tolistobolis, qui, cum ad tantam multitudinem accrevissent, ut terra patria capere eos non posset, catervatim et iuncti cum Celtarum agmine (Toctosagibus) in alias terras transeuntes primo Graeciam peterent, ter vero pulsi inde in Asiam proficiscerentur atque in ea eius parte considerent, quae iuxta Bithyniam et Paphlagoniam, item ad Pontum Euxinum sita esset. Quemadmodum vero ipsi regioni huic nomen dederunt Galatiae, ita, mixti cum graecis huius terrae incolis, Gallograeci, terra ipsa Gallograecia dici coeperunt. Imperante Augusto, a. 26. ante Chr. n. in provinciae romanae formulam haec regio redacta et a Propraetore legibus romanis gubernata est. Insignis denique fuit Galatia soli non tantum fertilitate studioque mercaturae, sed gentium, quae sedem ibi fixerant, plurium, Judaeorum etiam coloniis, quorum, ut gentilium ibi versantium, plures Pauli opera factos esse Christianos ex epistolis Paulinis intelligitur. cf. Tacit. Ann. XV, 6. Strabo I. p. 301. ed. *Tauchnitz.* Pausan. Phoc. X, 23. 9. Liv. XXXVII, 8. XXXVIII, 16. 18. 12. Joseph. Ant. XVI, 6. — Gal. I, 2. 1 Cor. XVI, 1. 2 Tim. IV, 10. 1 Petr. I, 1.

Γαλατικός, ή, όν, Galaticus, ad Galatiam pertinens Act. XVI, 6. XVIII, 23.

Γαλήνη, ης, ἡ, tranquillitas maris Matth. VIII, 26. Marc. IV, 39. Luc. VIII, 24. (Hom. Odyss. VII, 319. Xen. Anab. V, 7. 8.)

Γαλιλαία, ας, ἡ, Galilaea. Ita Jesu temporibus dicebatur omnis Palaestina septentrionalis cis Jordanem sita, cum ante exilium hoc nomine appellaretur tractus Palaestinae, situs in finibus septentrionalibus hebr. גְּלִילָה 2 Regg. XV, 29. גָּלִיל 1 Regg. IX, 11. גְּלִיל הַגּוֹיִם Jes. VIII, 23. *γαλιλαία ἀλλοφύλων* 1 Macc. V, 15. Dividebatur Galilaea in *superiorem* — ἡ ἄνω γαλ. — quae montibus abundabat et *inferiorem* — ἡ κάτω γαλ. — quae planior erat, utraque vero fertilitate excellens tantam hominum multitudinem alebat, ut oppida et vicos haberet CCCCIV, e quibus Tiberiadem, Seppharidem et Gabaram primarias Josephus appellavit, in libris vero N. T. Capharnaum et Nazaretha maxime commemorantur Marc. I, 9. Luc. II, 39. IV, 14. VIII, 26. Joh. VII, 52. — *γαλιλαίαν τῶν ἐθνῶν* i. e. *quam incolunt gentes* Matth. IV, 15. alii esse dicunt Galilaeam superiorem, vel quod Tyriis et Sidoniis finitima, vel quod Phoenices, Arabes, Syri incolerent eam, alii contra, minus recte [v. *Fritzsche* Quatt. Evv. Vol. I. p. 183.], universam Galilaeam, barbaris quippe finitimam significari observarunt. Cf. Joseph. de bell. iud. III, 2. Strabo XVI, 523.

Γαλιλαῖος, α, ον, Galilaeus, ad Galilaeam pertinens, e Galilaea oriundus Matth. XXVI, 69. Marc. XIV, 70. Luc. XIII, 1. 2. XXII, 59. XXIII, 6. al. Habebantur Galilaei industrii et fortes; quamquam reliquis Judaeis iidem non solum stolidi ac rudes, sed seditiosi etiam dicebantur; denique dialecto utebantur

propria, cognitu facili et multum ab Hierosolymitana discrepante. cf. Joseph. de bell. iud. III, 2.

Γαλλίων, ωνος, ὁ, *Gallio*, nomen propr. Act. XVIII, 12. 14. 17. Erat Gallio Proconsul Achaiae, frater Senecae philosophi natu maior, qui cum nomine proprio appellaretur *Marcus Annaeus Novatus*, postquam adoptione receptus erat in familiam Lucii Junii Gallionis, Gallio dici coepit. Uti Senecam fratrem, ita Gallionem necari iussit Nero imperator. cf. Tacit. Ann. VI, 3. XV, 73.

Γαμαλιήλ, ὁ, *Gamaliel*, nomen propr. Fuit Gamaliel magister Pauli atque addictus Pharisaeorum sectae Act. V, 34. XXII, 3. Insigni non solum auctoritate apud Judaeos floruisse, sed praefuisse etiam synedrio dicitur Tiberio, Caio et Claudio imperantibus. Eundem denique Talmudistae fuisse tradunt filium Rabbi Simeonis et nepotem Hillelis, doctoris apud Judaeos celeberrimi.

Γαμέω, ῶ, impf. ἐγάμουν, a. 1. ἔγημα, [a γήμω vel γάμω] et forma serioris aevi ἐγάμησα [cf. *Lobeck* ad Phryn. p. 742. *Buttm.* gram. max. §. 114. Vol. II. p. 94. *Matthiae* §. 228. p. 441. edit. II. *Winer* p. 39] perf. γεγάμηκα, a. 1. p. ἐγαμήθην, *matrimonium ineo*, *ich heirathe* 1) activum a) de viris: *uxorem duco*, *ich nehme ein Weib zur Frau* aa) seq. acc. γυναῖκα ἔγημα Luc. XIV, 20. (Diod. Sic. IV, 72. Aelian. V. H. IV, 26. Xen. Mem. I, 1. 8. Hier. I, 28.) — ὃς ἐὰν [ἂν] ἀπολελυμένην γαμήσῃ Matth. V, 32. ὃς ἂν — γαμήσῃ ἄλλην, μοιχᾶται· καὶ ὁ ἀπολελυμένην γαμήσας Matth. XIX, 9. ὃς ἐὰν [ἂν] — γαμήσῃ ἄλλην Marc. X, 11. ὅτι αὐτὴν ἐγάμησεν. (εἶθε καὶ γαμήσειας αὐτὸν ἐμοῦ [sc. τῆς ἥρας] γε ἕνεκα Lucian. D. D. V, 4. Artemid. II, 65. Diod. Sic. XVIII, 25.) — γαμῶν ἑτέραν μοιχεύει Luc. XVI, 18. — bb) absolute ἐὰν δὲ γήμῃς 1 Cor. VII, 28. (Xen. Hier. I, 27.) — οὐ συμφέρει γαμῆσαι Matth. XIX, 10. γαμήσας ἐτελεύτησε XXII, 25. ὁ δὲ γαμήσας μεριμνᾷ τὰ τοῦ κόσμου 1 Cor. VII, 33. ἔπινον, ἐγάμουν Luc. XVII, 27. — οὔτε γαμοῦσιν Matth. XXII, 30. Marc. XII, 25. et Luc. XX, 35. — γαμοῦσι καὶ ἐκγαμίσκονται Luc. XX, 34. — ἦσαν — γαμοῦντες Matth. XXIV, 38. (Aelian. V. H. IV, 1.) — b) universe i. e. nulla habita sexus ratione, *matrimonium ineo*, *heirathen* κωλυόντων γαμεῖν 1 Tim. IV, 3. τοῖς δὲ γεγαμηκόσι παραγγέλλω 1 Cor. VII, 10. — γαμησάτωσαν v. 9. κρεῖσσον γάρ ἐστι γαμῆσαι v. 9. — c) de feminis ἐὰν γήμῃ ἡ παρθένος 1 Cor. VII, 28. ἡ δὲ γαμήσασα μεριμνᾷ τὰ τοῦ κόσμου v. 34. γαμείτωσαν sc. virgines v. 36. — γαμεῖν θέλουσιν sc. αἱ χῆραι αἱ νεώτεραι 1 Tim. V, 11. βούλομαι οὖν νεωτέρας γαμεῖν v. 14. (Euripid. Med. v. 593. ed. *Elmsl.* μῶν γαμοῦσα καὶ προδοῦσά σε; ad q. l. confer tamen Scholiast. p. 181. θέλει δὲ εἰπεῖν, ἄρα τοιοῦτον ἔργον ποιήσασα; οὐ γὰρ ἐφ' ἑαυτῆς ἔλεγε, ἐπεὶ εἶπεν ἂν γαμουμένη, ἀλλὰ τὸν Ἰάσονος λόγον ἐφ' ἑαυτῆς μετέστρεψεν. γαμεῖ μὲν γὰρ ὁ ἀνὴρ, γαμεῖται δὲ ἡ γυνή.) — 2) [ut med. γαμοῦμαι, ἐγημάμην in matrimonium do me, vel meos, ita in

N. T.] aor. 1. pass. ἐγαμήθην significatione media: *in matrimonium me do alicui, ich lasse mich zur Frau nehmen, ich vermähle mich einem Manne* sq. dat. ἐὰν γαμηθῇ ἄλλῳ Marc. X, 12. ᾧ θέλει γαμηθῆναι 1 Cor. VII, 39. (Plutarch. vit. Rom. c. 2. vit. Demetr. c. 2. Philost. vit. Apollon. III, 38. — De γαμεθεῖσα per ε, *verheirathet*, Theocrit. 9, 81. a futuri forma antiquiore γαμέσω et de γαμηθεῖσα per η, *zur Frau verlangt* a futuri forma seriore γαμήσω, item de aor. 1. ἐγάμησα *desponsavi alicui aliquam, ich habe Jemandem ein Mädchen zur Frau gegeben*, in verbis Menandri: ἐγάμησεν ἣν ἐβουλόμην ἐγώ, in Schol. Venet. ad Hom. Iliad. IX, 394. cf. *Hermann* ad Elmsl. Med. Eurip. p. 353. in Ephem. Lipsiens. 1817. mens. Febr. no. 37. p. 294. *Lobeck* ad Phryn. p. 742. *Matthiae* l. l. *Buttm.* l. l. *Winer* l. l.) Saepius non legitur in N. T.

Γαμίζω, f. ίσω, *nuptui do, colloco filiam* 1 Cor. VII, 38.

Γαμίσκομαι, *elocor, nubo* Marc. XII, 25.

Γάμος, ου, ὁ, 1) *nuptiae*, i. e. *festum nuptiale, convivium nuptiale* Matth. XXII, 2. 8 - 11. XXV, 10. [Luc. XIV, 8.] Joh. II, 1. 2. — LXX pro משתה Gen. XXIX, 22. (Lucian. D. D. XX, 23. Theophr. Char. IX vel XII. Xen. Venat. I, 8.) — Uti magnam felicitatis in regno messiano percipiendae partem posuerunt Judaei in epulis conquisitissimis, quas cives regni illius cum gentis suae maioribus celebratissimis sint habituri [cf. *Bertholdt* Christol. p. 196 sqq.], ita in earundem epularum praestantia describenda imagine utitur Apocal. XIX, 7. 9. desumta a convivio nuptiali. — Pro: *convivium laetum* poni videtur voc. γάμοι Luc. XII, 36. XIV, 8. — 2) *coniugium, matrimonium, Ehe* Hebr. XIII, 4. τίμιος ὁ γάμος ἐν πᾶσι. (Diod. Sic. II, 5. Herodian. III, 10. 10.) Saepius non extat in N. T.

Γάρ, particula causalis, *nam, enim, denn.* Ut apud Graecos, ita in N. T.

1) *reddit rationem sententiae antecedentis* a) *expressae.* Ita aa) *simplex* [*einfaches*] α) *neque iunctum c. aliis particulis, loco* vero αα) *secundo* positum γάρ legitur: א) universe

Matth. I, 21. Marc. I, 22. Luc. I, 15. 18. Joh. II, 25. Act. I, 20. Rom. I, 9. 11. 19. 26. II, 12. 1 Cor. I, 11. 19. 21. 2 Cor. I, 19. 20. II, 2. 4. Gal. I, 13. II, 6. 8. III, 13. 18. 21. 26 - 28. Eph. II, 8. 10. 14. VI, 1. Phil. I, 8. 19. 21. 23. Col. II, 5. III, 3. 20. 24. 1 Thess. I, 8. 9. 2 Thess. II, 7. 1 Tim. II, 3. 5. 13. [2 Tim. II, 7. νόει, ἃ λέγω· δώσει (ita Codd. v. *Griesb.*, *Vater*, *Wetst.* ad h. l.) γάρ σοι ὁ κύριος σύνεσιν ἐν πᾶσι. Vid. tamen de h. l. infra sub no. 4.] Tit. I, 7. 10. II, 11. Philem. v. 7. 15. 22. Hebr. II, 2. Jac. I, 6. 11. 20. 24. 1 Petr. II, 19. 25. 2 Petr. II, 4. 18 - 21. Jud. v. 4. 1 Joh. II, 19. 2 Joh. v. 11. Apoc. I, 3. XXI, 1. 23. 25. al. — Marc. II, 15. καὶ ἐγένετο — ἠκολούθησαν αὐτῷ i. e. *cum accumberet in domo eius, portitorum et pecca-*

torum multi una cum Jesu et discipulis accubuerunt, multi enim eum secuti erant. V, 8. ἔλεγε γὰρ αὐτῷ i. e. *erat enim in eo, ut diceret ad illum.* VI, 18. ἔλεγε γὰρ αὐτῷ i. e. *dicere enim solebat*, scil. quotiescunque huius rei fieret mentio cf. de hac imperf. vi *Buttm.* §. 124, 4. *Matthiae* §. 503, 1. p. 702. *Winer* p. 103. — Alii: *his enim verbis tum, cum duxisset illam, usus erat.* — Joh. IV, 44. ἀπῆλθεν εἰς τὴν γαλιλαίαν sc. Nazaretho urbe relicta, αὐτὸς γὰρ ἐμαρτύρησε i. e. *dicere enim solebat* cf. *Matthiae* l. l. *Buttm.* l. l. *Winer* l. l. — ב) ἰδοὺ γάρ, *en! enim, nam, en! denn, siehe* Luc. II, 10. VI, 23. XVII, 21. 2 Cor. VII, 11. Cf. de ἰδού, rem ab interna contemplatione avocante et ad sensus externos traducente *Fritzsche* IV. Evv. Vol. I. p. 43. — ג) post sententiam prohibitivam legitur γάρ Matth. I, 20. III, 9. VI, 7. 8. 16. 34. IX, 10. 19. 26. XVIII, 11. XIX, 14. XXIII, 8-10. XXIV, 5. 6. 24. 27. XXVIII, 5. Marc. IX, 39. X, 14. XIII, 6. 7. 22. Luc. I, 30. II, 10. VII, 6. IX, 50. XVIII, 16. XXI, 8-10. Joh. XX, 11. Act. XX, 10. cf. *Fritzsche* l. l. p. 45. coll. *Gersdorf.* Sprachchar. d. N. T. Vol. I. p. 78. — ββ) *tertio loco* ponitur γάρ Matth. II, 6. Marc. I, 38. IX, 34. XIII, 33. 35. Luc. VI, 23. 26. XXI, 35. Joh. XII, 8. Act. IV, 16. 20. Rom. II, 1. 1 Cor. I, 18. 2 Cor. II, 9. Gal. II, 12. Eph. V, 6. 1 Tim. IV, 10. al. cf. *Matthiae* §. 605. p. 890. *Meinecke* ad Menandr. p. 7. *Schäfer* Melet. crit. p. 7. *Herm.* ad Sophocl. Philoct. v. 1437. non, inquiens, post quotum, sed post quale verbum ponatur γάρ, videndum. *Fritzsche* l. l. p. 758.

β) *iunct. c. aliis particulis*, ut αα) καὶ γάρ א) *etenim* Matth. XXVI, 73. Marc. X, 45. Luc. XXII, 59. Joh. IV, 23. Act. XIX, 40. 1 Cor. V, 7. 2 Cor. II, 10. — XIII, 4. καὶ γὰρ εἰ ἐσταυρώθη. Al. (Lucian. Dial. Mort. XXII, 5. Xen. Anab. II, 5. 5.) — ב) *namque etiam, nam et, denn auch* Matth. VIII, 9. Luc. VI, 32. 33. 34. VII, 8. XI, 4. Joh. IV, 45. Rom. XI, 1. XV, 3. XVI, 2. (Xen. Anab. III, 3. 4.) cf. *Bornem.* ad Xen. Symp. p. 62. 241. *Meinecke* ad Menandr. et Philem. rel. p. 343 sqq. — ββ) γὰρ καί, *nam etiam* 2 Cor. II, 9. εἰς τοῦτο γὰρ καὶ ἔγραψα. Et in verbis Arati a Paulo laudatis Act. XVII, 28. — γγ) μὲν γὰρ — δέ vel ἀλλά *nam — sed* א) plene i. e. אא) μὲν γὰρ — δέ Act. XIII, 36. XXIII, 8. XXVIII, 22. Rom. II, 25. 2 Cor. IX, 1. Vide de h. l. *Fritzsche* diss. II. p. 18 sqq. XI, 4. Hebr. VII, 18. 20. VIII, 4. XII, 10. — 1 Cor. XI, 7. ἀνὴρ μὲν γὰρ οὐκ ὀφείλει κατακαλύπτεσθαι τὴν κεφαλὴν, εἰκὼν καὶ δόξα θεοῦ ὑπάρχων· γυνὴ δὲ δόξα ἀνδρός ἐστιν pro: γυνὴ δὲ ὀφείλει κατακαλύπτεσθαι, δόξα ἀνδρὸς ὑπάρχουσα. — בב) μὲν γὰρ — ἀλλά Act. IV, 16. ὅτι μὲν γὰρ — ἀλλά = δῆλον μὲν γάρ, ὅτι — ἀλλά. Cf. de ἀλλά post μέν *Passow* II. p. 98. *Vig.* p. 470. — ב) minus plene i. e. omittitur ea orationis pars, in qua sequi debebat δέ Rom. III, 2. 1 Cor. XI, 18. — vel facile suppleri potest Hebr. VI, 16. supple: ὁ δὲ θεὸς ὀμνύει καθ' ἑαυτοῦ coll. v. 13. — Non

mutari in formula μὲν γάρ particulae γάρ significationem, sed et μέν et γάρ retinere vim suam, docent *Frotscher* ind. ad Xen. Hier. p. 109. *Voigtländer* ad Lucian. Dial. Mort. VII, 1. p. 170. *Passow* II. p. 99. — δδ) **ο ὐ γ ά ρ**, *non enim* Matth. IX, 13. X, 20. Marc. IV, 22. VI, 52. Luc. VI. 43. VIII, 47. Joh. III, 17. 34. VII. 1. Act. II, 34. IV, 20. Rom. I, 16. II. 11. 13. 28. 1 Cor. I, 17. II, 2. 2 Cor. I, 8. 13. II, 11. 17. Gal. IV, 30. 1 Thess. IV, 7. 2 Thess. III, 2. 2 Tim. I, 7. Hebr. II, 5. 16. IV, 15. 2 Petr. I. 16. 21. Apoc. III, 2. al. (Hom. Iliad. V, 402. Palaeph. fab. 31. Xen. Anab. III, 4. 36.) cf. *Bornem.* ad Xen. Symp. p. 200. — εε) **ο ὐ δ έ γ ά ρ**, κ) *neque enim, nam etiam non, denn auch nicht, denn ja nicht*, cf. *Bornem.* l. l *Herm.* ad Eurip. Med. p. 336. ed. Lips. — κκ) universe Joh. VII, 5. οὐδὲ γὰρ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ ἐπίστευον εἰς αὐτόν. VIII, 42. Vid. de h. l. infra 1. a. bb. — Gal. VI, 13. [supple: non quod ipsi legem servandam existiment, vel: non reverentia legis ducti ita agunt] οὐδὲ γὰρ οἱ περιτεμνόμενοι αὐτοὶ νόμον φυλάσσουσι, — בב) praecedente οὐ Rom. VIII, 7. τῷ γὰρ νόμῳ τοῦ θεοῦ οὐχ ὑποτάσσεται, οὐδὲ γὰρ δύναται. — גג) praecedente οὐ et sequente οὔτε Gal. I, 12. — ב) *non enim, nam non, denn nicht* Joh. V, 22. — ζζ) **ο ὔ τ ε γ ά ρ**, *namque non* Luc. XX, 36. οὔτε γαμοῦσιν οὔτε ἐκγαμίσκονται οὔτε γὰρ ἀποθανεῖν ἔτι δύνανται. 1 Cor. VIII, 8. βρῶμα δὲ ἡμᾶς οὐ παρίστησι τῷ θεῷ· οὔτε γάρ, ἐὰν φάγωμεν, περισσεύομεν, οὔτε, ἐὰν μὴ φάγωμεν, ὑστερούμεθα. 1 Thess. II, 5. — Act. IV, 12. καὶ οὐκ ἔστιν ἐν ἄλλῳ οὐδενὶ ἡ σωτηρία, quibus verbis velut in parenthesi adduntur: οὔτε γὰρ ὄνομά ἐστιν ἕτερον κ. τ. λ. — Cf. de οὔτε post οὐ, poni solito tum, cum, quae non necessaria sunt, praecedentibus accedunt *Herm.* ad Eurip. Med. p. 330–336. ed. Lips. ad Sophocl. Trachin. v. 1049. Antig. 542. *Bornem.* ad Xen. Anab. V, 8. 3. — *Winer* p. 176. — — — bb) *duplex γάρ legitur ab initio duarum enuntiationum proxime copulatarum* α) quod eadem sententia bis exprimitur αα) affirmative et negative. Cf. *Hermann* ad Eurip. Med. p. 361. ed. Lips. ad Soph. Oed. Col. p. 41. Philoct. p. 44. *Poppo* ad Thuc. I. p. 204. *Winer* p. 205. — Joh. VIII, 42. ἐγὼ γὰρ ἐκ θεοῦ ἐξῆλθον καὶ ἥκω· οὐδὲ γὰρ ἀπ᾿ ἐμαυτοῦ ἐλήλυθα. 1 Cor. XVI, 7. — ββ) et universe et exemplis allatis 2 Cor. XI. 19. 20. — β) quod una sententia pendet ab altera Matth. X, 20. Marc. VI, 52. Luc. VIII, 29. Joh. III, 34. — V, 21. 22. ὥσπερ γὰρ — οὕτω καὶ ὁ υἱὸς οὓς θέλει ζωοποιεῖ. οὐδὲ γὰρ ὁ πατὴρ κρίνει οὐδένα = ὥσπερ γὰρ — οὕτω καὶ ὁ υἱὸς οὓς θέλει ζωοποιεῖ καὶ κρίνει. οὐδὲ γὰρ ὁ πατὴρ κρίνει οὐδένα. v. 46. Act. II, 15. Rom. I, 16. 17. al. — γ) quod duae causae afferuntur Matth. VI, 32. XVIII, 11. Rom. XVI, 18. 19. al. — δ) quod utrumque γάρ ad aliud quid pertinet Matth. III, 2. 3. Joh. III, 19. 20. Rom. VI, 14. al. — — cc) *triplex γάρ* legitur α) causa una pendente ab altera Matth. XVI, 25. 27. et Marc. VIII, 35. 38. it. Luc. IX, 24. 26. Act. XXVI, 26.

Rom. IV, 13. 14. — v. 15. οὐ γάρ — παράβασις, q. l. si γάρ pro δέ positum credas cf. *Herm.* ad Vig. p. 846. — 1 Cor. III, 2. 3. 4. IX, 16-18. ἐὰν γάρ — τοῦ χριστοῦ, quorum verborum sensus coll. v. 15. ita constituendus erit: τοῦτο τὸ καύχημά σου *in quonam est? num in eo, quod* εὐαγγελίζῃ; *minime*, τὸ εὐαγγελίζεσθαι *enim laudi mihi ducere non possum, oportet enim me* εὐαγγελίζεσθαι — *poena enim, si hoc negligerem, dignus essem. At quaeritur, quomodo in doctrina christ. tradenda versari soleam. Lubens enim, si isto officio fungor, mercedem inde habeo, invitus ubi facio, iniunctum manet mihi officium. Iam quaenam est mihi merces? mercedis loco habeo voluntatem, gratuito tradendi doctrinam Jesu.* — β) quod tres causae afferuntur Marc. IX, 39. 40. 41. ratione habita τῶν: μὴ κωλύετε αὐτόν. — γ) quod unum vel alterum γάρ ad aliud quid pertinet Matth. XVI, 26. Marc. VIII, 36. Luc. IX, 25. — Matth. XXVI, 11. ubi verbis πάντοτε γάρ, respicientibus ad v. 9. adde cogitando: δοθῆναι πτωχοῖς ἀεὶ δύνασθε. Cf. de γάρ etiam apud Graecos saepius interdum repetito *Bornem.* ad Xen. Symp. p. 147. *Elmsley* ad Eurip. Heracl. v. 476. *Porson* ad Eurip. Med. v. 139. ed. Lips. *Fritzsche* IV. Evv. Vol. I. p. 288. 544. —

b) *sententiae intellectae rationem reddit* aa) *extra interrogationem* et α) *nude positum* Matth. II, 2. [sc. natum autem esse regem Judaeorum in promtu est] εἴδομεν γὰρ αὐτοῦ τὸν ἀστέρα. Matth. IV, 18. et Marc. I, 16. [sc. quae res miri nihil habet] ἦσαν γὰρ ἁλιεῖς. Matth. V, 12. [suppl.: neque vobis solis hoc accidit] οὕτω γὰρ ἐδίωξαν τοὺς προφήτας. v. 20. [suppl. probe igitur, quae modo dixi, teneatis] λέγω γὰρ ὑμῖν. XII, 8. [supple: μείζων ἐστὶν τοῦ ἱεροῦ καὶ τοῦ σαββάτου ὧδε] κύριος γάρ ἐστι τοῦ σαββάτου ὁ υἱὸς τῶν ἀνθρώπων. Matth. XV, 27. coll. Marc. VII, 28. ναὶ, κύριε· καὶ γὰρ — αὐτῶν i. e. recte, Domine, [adde cogitatione: neque tamen omnem τῶν κυναρίων curam abiicimus, vel, neque tamen fame perire τὰ κυνάρια sinimus] fieri enim patimur, ut micis vescantur de dominorum suorum mensa decidentibus. Matth. XVIII, 7. [supple: sive offensiones ipsas, sive causas earum species, quis deplorandam esse neget sortem mundi.] ἀνάγκη γάρ ἐστιν ἐλθεῖν τὰ σκάνδαλα i. e. ea enim est prava eius indoles, ut abesse nequeant offensiones. Matth. XXIV, 28. ὅπου γὰρ ἐὰν ᾖ τὸ πτῶμα, ἐκεῖ συναχθήσονται οἱ ἀετοί i. e. ubi enim, inquit proverbium, cadaver, ibi vultures. — XXVI, 11. et Marc. XIV, 17. it. Joh. XII, 8. [suppl.: benefaciendi occasio semper vobis adest] πάντοτε γὰρ τοὺς πτωχοὺς ἔχετε. — Marc. V, 42. XVI, 4. Luc. I, 44. IX, 44. 48. XIV, 24. XVIII, 14. 25. XIX, 26. XXII, 2. Joh. IV, 44. — IX, 30. [supple: nolite ex me quaerere, πῶς ἤνοιξέ μοι τοὺς ὀφθαλμούς] ἐν γὰρ τούτῳ — ὀφθαλμούς i. e. nam [non tam in illo, quam] in hoc mirum est, quod nescire vos dicitis, undenam sit is, qui oculos mihi aperuit. XIX, 36. Act. II, 15. IV, 22. 27. —

IX, 11. [neque dubita adire illum] ἰδοὺ γὰρ προσεύχεται. v. 16. XIX, 37. XXII, 26. [cave tibi] ὁ γὰρ ἄνθρωπος οὗτος Ῥωμαῖός ἐστι. Rom. II, 14. 24. IV, 2. VI, 23. [ita est] τὰ γὰρ ὀψώνια τῆς ἁμαρτίας θάνατος. VIII. 6. [supple: quae studia ipsa ut diversa sunt, ita diversi sunt eorundem effectus] τὸ γὰρ φρόνημα τῆς σαρκὸς θάνατος. v. 14. 18. 19 20 — IX, 3. [sc. sortem popularium meorum si immutare possem, vel atrocissima pro iis subire nullus dubitarem] ηὐχόμην γάρ i. e. *denn wünschen könnte ich.* v. 19. X, 2. 4. XIII, 6. — XIV, 10. [absit hoc!] πάντες γὰρ etc. XV, 4. [ne dicas: quid hoc ad me?] ὅσα γὰρ προεγράφη. 1 Cor. I, 26. III, 11. IV, 30. VII, 31. 2 Cor. IX, 7. [ἀλλ' ἱλαρῶς] ἱλαρὸν γὰρ κ. τ. λ. 2 Cor. X, 3. de q. l. vide ἐάν τε in fine. XII, 1. [sc. alia habeo memoratu digniora] ἐλεύσομαι γάρ. Gal. II, 19. 21. Eph. V, 9. Phil. III, 3. 1 Thess. II, 1. [quid multa?] αὐτοὶ γὰρ οἴδατε. 2 Thess. III, 11. Hebr. III, 3. VI, 13. VII, 11. Jac. III, 7. 1 Petr. III, 10. 2 Petr. II, 20. al. — — β) *iunct. c. aliis particulis* αα) καὶ γάρ *etenim* 2 Cor. III, 10. [atque ita profecto est] καὶ γὰρ οὐδὲ δεδόξασται τὸ δεδοξασμένον. V, 2. [idque impense laetor] καὶ γὰρ ἐν τούτῳ στενάζομεν. XIII, 4. [eadem nostra est ratio] καὶ γὰρ ἡμεῖς. Phil. II, 27. [atque utique recte audivistis] καὶ γὰρ ἠσθένησε. 1 Thess. III, 4. IV, 10. — ββ) μὲν γάρ Rom. II, 25. [at, inquies, circumcisus sum. Temere.] περιτομὴ μὲν γάρ. 1 Cor. V, 3. [equidem aliter sentio] ἐγὼ μὲν γάρ. XI, 7. Hebr. VII, 18. — — γγ) μὴ γάρ, *ne*, i. q. μή, sed fortius, in sententia prohibendi vim habente: *ja nicht!* seq. imperat. Jac. I, 7. μὴ γὰρ οἰέσθω — ὅτι λήψεταί τι i. e. ne credat, se accepturum esse aliquid [sc. nihil enim accipiet.] 1 Petr. IV, 15. Cf. *Viger.* p. 198. 740. *Markland* ad Eurip. Iphig. Aul. v. 734. ed. Lips. *Passow* II. p. 124. — δδ) οὐ γάρ, *non enim* Matth. IX, 13. [suppl.: haec reputantes, quid meum, vel Messiae, sit, intelligetis] οὐ γὰρ ἦλθον. Marc. IX, 6. Luc. VI, 43—45. Act. IV, 20. [supple: nolite igitur, ne porro verba faciamus de Jesu, interdicere] οὐ δυνάμεθα γὰρ ἡμεῖς — μὴ λαλεῖν, i. e. non possumus enim non, quin loquamur. Rom. VIII, 15. 2 Cor. I, 13. — cf. *Buttm.* §. 136. — — — bb) *in interrogationibus*, in quibus cogitando adde: nescio, dic mihi, vel simile quid cf. *Buttmann* §. 136. *Herm.* ad Vig. p. 829. — ἵνα τι γάρ, *cur enim?* 1 Cor. X, 29. — De formula elliptica ἵνα τι, quae plene si legitur, post praesens, habet ἵνα τί γένηται; i. e. damit, *was?* — geschehe, *ut quid fiat?* et post praeteritum ἵνα τί γένοιτο, *ut quid fieret?* cf. *Herm.* ad Vig. p. 849. — μὴ γάρ *num?* i. q. μή sed fortius Joh. VII, 41. μὴ γὰρ — ἔρχεται *soll denn* der Messias aus Galilaea *kommen?* — μὴ γὰρ οὐ *nonne?* i. q. μὴ — οὐκ sed fortius. 1 Cor. XI, 22. μὴ γὰρ οἰκίας οὐκ ἔχετε, i. e. *habt ihr denn nicht Häuser?* — ποῖος γάρ, *qualisnam, qualis tandem* Jac. IV, 14. 1 Petr. II, 20. — πῶς γάρ, *quomodo enim? qua-*

nam tandem ratione? Act. VIII, 31. — *τίς γάρ*, *'quis enim? quisnam? τί γάρ*, *quid enim? quidnam?* α) in oratione directa Matth. IX, 5. XVI, 26. XXIII, 17. 19. Marc. VIII, 36. Luc. IX, 25. XIV, 28. XXII, 27. Act. XIX, 35. Rom. IV, 3. XI, 34. 1 Cor. II, 11. 16. IV, 7. V, 12. 2 Cor. VI, 14. XII, 13. 1 Thess. II, 19. III, 9. Hebr. I, 5. III, 16. XII, 7. — *τί γὰρ κακὸν ἐποίησεν* i. e. non faciam, nescio enim, quid mali fecerit? Matth. XXVII, 23. Marc. XV, 14. et Luc. XXIII, 22. — Rom. III, 3. *τί γάρ; quid enim?* i. e. *quid enim opponi potest?* Phil. I, 18. *τί γάρ* i. e. neque tamen, quibus rationibus ducti doctrinam christ. exponat aliquis, curo, *quid enim refert?* — β) in oratione indirecta Marc. VI, 36. *τί γὰρ φάγωσιν*, *οὐκ ἔχουσιν*. — cc) *in responsionibus* α) absolute Matth. XXII, 28. Marc. XII, 23. et Luc. XXII, 33. *τίνος τῶν ἑπτὰ ἔσται γυνή*; [sc. non liquet, vel: nos quidem non intelligimus] *πάντες γὰρ ἔσχον αὐτήν*. 1 Cor. IX, 9. [supple: *ναί*·] *ἐν γὰρ τῷ μωϋσέως νόμῳ γέγραπται*. v. 10. [utique, profecto, *ναί*·] *δι' ἡμᾶς γὰρ ἐγράφη*. Gal. I, 10. [suppl.: *οὐ*, i. e. minime] *εἰ γὰρ κ. τ. λ.* 1 Thess. II, 20. [suppl. *ὑμεῖς ναί*·] *ὑμεῖς γάρ ἐστε ἡ δόξα ἡμῶν*. Jac. IV, 14. [profecto brevissima] *ἀτμὶς γάρ ἐστι*. Luc. XII, 58. [supple: utique hoc faciendum, vel utique *ἀφ' ἑαυτῶν κρίνειν ὑμᾶς δεῖ τὸ δίκαιον*] *ὡς γάρ — ἀπ' αὐτοῦ* i. e. *nam, quamdiu* [*ὡς* pro *ἕως*] *cum adversario tuo in via es ad iudicem, operam dare debes* in via, ut libereris ab eo. Cf. de imperat. *δός*, in admonitione explicandum *dare debes Herm.* ad Vig. p. 749. *Musgrave* ad Eurip. Iphig. Aul. v. 734. p. 48. ed. Lips. — β) praefixo *οὐ*, *οὐ γάρ*, *minime* i. q. *οὐ*, sed fortius. Act. XVI, 37. *οὐ γάρ· ἀλλά* i. e. *nolite hoc praecipere, hoc enim nullo modo faciemus* sc. ut sponte nostra abeamus, *sed*=*minime*, *sed* (Lucian. Dial. Mort. XXIV, 4.) cf. *Viger.* p. 462. 829. *Passow* II. p. 307. *Voigtländer* ind. ad Lucian. Dial. Mort. p. 169. —

2) *explicationi inservit* et respondet Lat. *nam*, *videlicet*, *scilicet*, nostro: *nämlich.* Cf. *Bornem.* ad Xen. Anab. VII, 1. 29. *Trotscher* ad Xen. Hier. p. 86. *Buttm.* §. 136. *Erfurdt* ad Soph. Antig. v. 176. — Ita legitur a) ab initio orationis Matth. I, 18. III, 3. XIV, 3. Marc. VI, 14. 17. XIV, 40. Act. XXIV, 5. *εὑρόντες γὰρ — ἐκρατήσαμεν*, q. l. ut abrumperetur constructio, effecit *ὅς καὶ — βεβηλῶσαι* cf. *Bornem. in Rosenm.* Rep. II. p. 271 sqq. — 1 Cor. XI, 23. XV, 3. Hebr. VII, 1. — b) ratione habita sententiae praecedentis Matth. XV, 19. XXIV, 38. Marc. VII, 3. Luc. I, 48. VIII, 40. IX. 14. Joh. III, 16. 20. IV, 8. 9. V, 13. VI, 64. XX, 9. Act. XIII, 8. XVIII. 3. 18. XIX, 24. 32. XXI, 29. XXVIII, 20. Rom. I, 18. VI, 19. VII, 1. 11. XI, 13. XIII. 11. 1 Cor. XI, 26. XII, 8. 12. XV, 25. 41. 52. XVI, 5. 18. 2 Cor. V, 7. Gal. II, 12. 18. IV, 24. 25. Phil. II, 5. 1 Thess. II, 1. 3. IV, 3. Hebr. II, 8. 11. III, 4. VIII, 5. 2 Petr. I, 17. II, 8. Apoc. IX. 19. *αἱ γὰρ οὐραί.*

XVI, 14. XIX, 8. 10. (Soph. Ant. v. 178. ed. *Erf. Herm.* Xen. Anab. VII, 1. 29.) —

3) *redordiendae orationi inservit,* ubi nos: *denn, also,* Lat. *inquam, igitur.* Rom. XV, 27. εὐδόκησαν γάρ coll. v. 26. 1 Cor. IX, 19. ἐλεύθερος γὰρ ὢν ἐκ πάντων, ratione habita v. 1. [= vel: ἐλεύθερος γάρ εἰμι ἐκ πάντων καὶ, ἐλεύθερος ὤν, πᾶσιν ἐμαυτὸν ἐδούλωσα, vel: οὐκ εἰμὶ ἐλεύθερος; ναί· ἐλεύθερος γάρ εἰμι, καὶ, τοιοῦτος ὤν, πᾶσιν ἐ. ἐδ. i. e. *Wohl bin ich ein freier Mann, unabhängig von Allen, und dennoch habe ich mich nach Allen bequemt.*] — 2 Cor. V, 4. ubi καὶ γάρ recipit verba v. 2. Gal. V, 13. ubi: ὑμεῖς γὰρ ἐπ' ἐλευθερίᾳ ἐκλήθητε, respiciunt ad v. 1. τῇ ἐλευθερίᾳ στήκετε. — Hebr. XII, 3. ἀναλογίσασθε γάρ, q. l. auctor adhortationem inchoatam v. 1. per τοιγαροῦν recipit verbis ἀναλογίσασθε γάρ. Habent Codd. nonnulli h. l. οὖν pro γάρ, cf. *Griesb.* ad h. l. Rom. V, 15. q. l. verbis εἰ γάρ recipit Paulus verba v. 12. per parenthesin abrupta. Ita certe hunc locum explicat *Fritzsche* Coniectan. p. 49. et de γάρ ad orationem redordiendam pertinente *Matthiae* §. 611, 3. p. 901. *Stallbaum* ad Plat. Phileb. p. 36. —

4) legitur γάρ in optandi formula 2 Tim. II, 7. νόει, ἃ λέγω· δῴη γάρ σοι ὁ κύριος τὴν σύνεσιν i. e. *det tibi dominus,* [*potest enim,*] *intelligendi facultatem* = *möge dir der Herr Einsicht verleihen!* Legi optativum solum, sine aliqua particula, in iis tantum rebus, quas vere optamus fieri, quia fieri eas posse credimus, docet *Herm.* ad Vig. p. 757. *Bornem.* in *Rosenm.* Rep. II. p. 274. 291 sq. et ad Xen. Anab. V, 6. 4. *Matthiae* §. 513. p. 718 sq.

5) loci incerti a) ob lectionis varietatem, ut 1 Cor. VII, 7. X, 1. Col. II, 1. ubi Codd. δέ pro γάρ exhibent. Vid. *Griesb.* et *Wetst.* ad hh. ll. — b) vel quod, quae sit particulae γάρ ad verba praecedentia ratio, non perspicitur Marc. IV, 25. IX, 49.

Γαστήρ, έρος, ἡ, (alvus Xen. Mem. I, 3. 6.) 1) *ventriculus* metaph. pro: *helluo, ventri gulaeque deditus* Tit. I, 12. ubi Cretenses verbis Epimenidis appellantur γαστέρες ἀργαί (gr. γαστρίς Aelian. V. H. I, 28. γαστρίδουλος Diod. Sic. T. IV. p. 33. *Bip.* et γαστρὶ δουλεύειν Anth. gr. Vol. III. p. 23. ed. *Jac.*) — 2) *uterus* Luc. I, 31. Ita LXX pro בֶּטֶן Ps. LVIII, 3. (Diod. Sic. IV, 33.) ἐν γαστρὶ ἔχειν *gravidam esse* Matth. I, 18. 23. XXIV, 19. 1 Thess. V, 3. al. Ita LXX pro הָרָה Gen. XVI, 4. XXXVIII, 25. (Artemid. II, 18. III, 32. Herodian. I, 5. 14. Pausan. IV, 9. 5. Herodot. III, 32.)

Γέ, part. a) si sola legitur, et 1) ad minimum refertur: *quidem, certe, wenigstens* Luc. XI, 8. διά γε τὴν ἀναίδειαν αὐτοῦ. XVIII, 5. διά γε τὸ παρέχειν μοι κόπον certe propterea, quod molestias mihi facessit. al. cf. *Hermann* ad Vig. p. 825. — 2) ubi indicat, quod maximum est: *vel, etiam, sogar, gar* Rom. VIII, 32. ὅς γε τοῦ ἰδίου υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο qui vel suo ipsius

o non parcendum putaverit cf. *Hermann* ad Vig. p. 827. — dubitantis est: *certe, quidem, doch* 1 Cor. IV, 8. ὄφελόν γε βασιλεύσατε, utinam certe regnetis! ach wenn ihr doch herrschetet! cf. *Hermann* ad Vig. p. 825. *Matthiae* §. 513, not. 3. 720. *Viger.* p. 274. *Fischer* ad Well. Vol. III. P. I. p. 148. — ibi annexum legitur aliis particulis

ἄραγε v. ἄρα.

ἄραγε v. ἄρα

ἀλλά γε vel ἀλλάγε 1) *at certe* 1 Cor. IX, 2. εἰ ἄλλοις οὐκ εἰμὶ ἀπόστολος, ἀλλά γε ὑμῖν εἰμι. — 2) *imo etiam, sed etiam* Luc. XXIV, 21. ἀλλά γε σὺν πᾶσι τούτοις, ubi antea supplendum est: horum vero nihil factum est, ἀλλά γε imo etiam praeter ista omnia. cf. *Hermann* ad Vig. p. 827.

εἴγε, 1) *si quidem, wenn anders*, dicitur de re, quae iure sumta creditur cf. *Herm.* ad Vig. p. 834. coll. *Fritzsche* diss. I. p. 53. et construitur c. indic. Eph. III, 2. IV, 21. Col. I, 23. (Lucian. Jov. Trag. §. 36. Xen. Mem. I, 5. 3.) — 2) *quandoquidem, wenn denn, da, sintemal* [Lucian. D. D. XVIII, 5. Hermotim. §. 27.] addito καί: *quandoquidem etiam, nam etiam* a) universe 2 Cor. V, 3. εἴ γε καὶ ἐνδυσάμενοι οὐ γυμνοὶ εὑρεθησόμεθα i. e. *quandoquidem etiam superinduti* [sc. novo, vel immortali corpore] *non nudi erimus*. cf. *Fritzsche* l. l. p. 55. — b) i. q. *nam non solum, sed etiam* Gal. III, 4. τοσαῦτα ἐπάθετε εἰκῇ; εἴγε καὶ εἰκῇ· = τοσαῦτα ἐπάθετε εἰκῇ; [ἀληθῶς.] εἴγε οὐ μόνον ἐπάθετε, ἀλλὰ καὶ εἰκῇ. (Aelian. V. H. XII, 9. Sophocl. Philoct. v. 652.) Cf. de hac particulae καί vi *Herm.* ad Sophocl. Oed. R. v. 414. *Passow* I. p. 763. *Fritzsche* l. l. p. 55.

Apoc. IX, 7. XIII, 6. XVI, 14. XXII, 2. Rom. I, 1. 5. XIV, 25. — Rom. I, 16. III, 25. VI, 16. εἰς ὑπακοήν. — IX, 21. 2 Tim. II, 20. 21. — Rom. IX, 22. 23. X, 4. — σοὶ εἰς τὸ ἀγαθόν *tibi in commodum, ad commodum tuum iuvandum* Rom. XIII, 4. εἰς ὀργήν τινι, *ad poenas alicui infligendas* ibid. Rom. XV, 4. 1 Cor. XI, 22. 24. 25. 33. XIV, 8. XVI, 15. 2 Cor. IX, 10. 11. X, 8. XIII, 10. — Gal. II, 8. ἐνεργήσας Πέτρῳ εἰς ἀποστολὴν τῆς περιτομῆς sc. ἀφωρισμένῳ. Ibid.: ἐνήργησε καὶ ἐμοὶ εἰς τὰ ἔθνη = ἀφωρισμένῳ εἰς ἀποστολὴν τῶν ἐθνῶν. Gal. IV, 24. Eph. IV, 12. I, 6. 6 14. VI, 18. 22. Col. IV, 8. — Col. III, 10. Phil. I, 16. 25. — II, 16. εἰς καύχημά μοι. — IV, 16. 1 Thess. III, 3. V, 9. 2 Thess. II, 13. 1 Tim. I, 12. 16. IV, 3. VI, 17. — εἰς τὸ ἐκείνου θέλημα = εἰς τὸ ποιῆσαι τὸ θέλημα ἐκείνου 2 Tim. II, 26. III, 15. — Rom. XV, 18. εἰς ὑπακοὴν ἐθνῶν = εἰς τὸ ὑπακούειν τὰ ἔθνη. Hebr. I, 14. III, 5. V, 16. IX, 15. 26. 28. X, 24. XI, 7. 8. 11. 1 Petr. I, 3. ἀναγεννήσας ἡμᾶς εἰς ἐλπίδα ζῶσαν i. e. *ut potiamur spe vitae futurae.* v. 4. εἰς κληρονομίαν ἄφθαρτον, *ut bonis perennibus potiamur* v. 5. II, 2. 7. 14. IV, 6. 7. Jud. v. 4. Apoc. XX, 8. — εἰς δόξαν τινός vel: *ad felicitatem alicuius augendam et adiuvandam* 1 Cor. II, 7. vel: *ad gloriam alicuius augendam et adiuvandam* 1 Cor. X, 31. 2 Cor. IV, 15. Phil. I, 11. II, 11. Philem. v. 6. 1 Petr. I, 7. — LXX εἰς διαβολήν σου i. e. *ut adverser tibi*, pro hebr. לְשָׂטָן Num. XXII, 32. εἰς προνομήν pro לְבַצֵּר Jes. VI, 18. (Lucian. Dial. Deorr. XX, 8. Herodian. I, 6. 20. Xen. Anab. VI, 5. 14. Vide ad h. l. *Bornem.* Xen. Cyr. VII, 1. 6. Herodot. V, 74. Theophr. Char. 10 [12], 1. Isaeus 36, 6.) cf. *Fischer* ad Well. l. l. p. 155. *Matthiae* §. 578. p. 1145. ad Eurip. Iphig. Aul. v. 940. *Schäfer* ad Theocr. 14, 28. *Fritzsche* IV Evv. I. p. 134. *Winer* p. 161 sq. *Ewald* l. l. p. 603.

bb) seq. infinit. praefixum habente artic.: *eo consilio ut, ut, dass, auf dass, damit*, et addito μή: *ne, dass nicht, damit nicht*, ut εἰς τὸ ἐμπαῖξαι κ. τ. λ. Matth. XX, 19. — XXVI, 2. XXVII, 31. Marc. XIV, 55. Luc. XX, 20. Act. III, 19. VII, 19. Rom. I, 11. IV, 11 bis. v. 16. VIII, 29. XI, 11. XII, 2. XV, 8. 13. 16. 1 Cor. X, 6. Eph. I, 12. 18. 1 Thess. II, 12. 16. III, 2. 5. 10. 13. 2 Thess. I, 5. II, 2. 10. III, 9. Hebr. II, 17. VII, 25. VIII, 8. IX, 14. 28. XII, 10. XIII, 21. Jac. I, 18. 1 Petr. III, 7. — His ab aliis accensentur etiam Rom. I, 20. III, 26. IV, 18. 2 Cor. I, 4. IV, 4. Phil. I, 10. (Xen. Agesil. IX, 3. εἰς τὸ ἀσμένως κοιμηθῆναι πᾶς τόπος ἱκανὸς ἦν αὐτῷ. Mem. III, 6. 2.)

b) seq. acc. *personae* vel *rei*, ad cuius commodum vel incommodum tendit vel facit aliquid; in quibus Lat.: *in usum, in honorem, pro, in detrimentum*, nostrates: *für, zu* aa) universe, ut μὴ κτήσησθε χρυσὸν — μὴ πήραν εἰς ὁδόν Matth. X, 10. Marc. VI, 8. Luc. IX, 3. ἀπεστάλην — εἰς τὰ πρόβατα —

τοῦ ἰσραήλ Matth. XV, 24. — XX, 1. Marc. VIII, 19. 20. XIV, 8. Luc. IX, 13. XIV, 28. Act. II, 22. XXIV, 17. Joh. VI, 9. XII, 7. XIII, 29. 3 Joh. v. 5. — Rom. I, 17. *εἰς πίστιν* pro: εἰς τοὺς πιστεύοντας. V, 15. VIII, 18. X, 12. XIII, 6. XV, 16. — *εἰς αὐτὸν* [sc. τὸν θεόν] τὰ πάντα i. e. vel: *für ihn, zu seiner Ehre* Rom. XI, 36. vel: *ut gloriam, et honorem eius augeamus et adiuvemus* 1 Cor. VIII, 6. Col. I, 16. — κοινωνίαν ποιεῖσθαι *εἴς τινα für Jemanden* Rom. XV, 26. 2 Cor. VIII, 4. IX, 13. — 1 Cor. XVI, 1. 2 Cor. IX, 1. Rom. XVI, 6. Gal. IV, 11. VI, 8 bis. Eph. I, 19. III, 2. Col. I, 25. Phil. II, 22. IV, 17. 1 Tim. II, 7. 2 Tim. I, 11. Tit. III, 14. 1 Petr. I, 4. IV, 10. 2 Petr. III, 9. — 2 Cor. XI, 10. ἡ καύχησις αὕτη *οὐ φραγήσεται non ad silentium redigetur* i. e. *stabit, manebit, εἰς ἐμέ, zu meiner Freude.* Cf. de οὐ arctissime iungendo c. verbo aliquo sequenti, sic, ut cum hoc verbo coniunctum unam notionem constituat *Herm.* ad Vig. p. 833. 889. *Passow* II. p. 306. *Matthiae* l. l. 1127 sq. *Buttm.* §. 135, not. 2. *Winer* p. 172. — Luc. VII, 30. τὴν βουλὴν τοῦ θεοῦ ἠθέτησαν *εἰς ἑαυτούς, sibi in detrimentum* cf. *Winer* p. 85. (Diod. Sic. I, 98. Pausan. VII, 27. 4. Aelian. V. H. XIII, 21. Xen. Anab. I, 2. 7. III, 3. 19.) — bb) quemadmodum dativus [cf. *Buttm.* §. 120, not. 2. *Matthiae* §. 389. p. 713. *Winer* p. 86.] ita *εἰς αὐτόν* pertinet ad amicam cum aliquo necessitudinem significandam Eph. I, 5. προορίσας ἡμᾶς εἰς υἱοθεσίαν — *εἰς αὐτόν* = προορίσας, υἱοὺς τίθεσθαι ἡμᾶς αὐτῷ [2 Cor. XI, 10. vid. de h. l. paulo ante observata.]

c) ad normam Hebraeorum post vv. *excitandi* [i. e. faciendi ut prodeat aliquis], *educandi, constituendi* loco accusativi simplicis εἰς c. acc. praedicati, et si passive leguntur haec vv., loco nominat. εἰς c. accus. ponitur, ut Luc. II, 34. οὗτος *κεῖται εἰς πτῶσιν καὶ ἀνάστασιν — καὶ εἰς σημεῖον ἀντιλεγόμενον* i. e. *hic constitutus est, ut sit auctor τῆς πτώσεως — τῆς ἀναστάσεως et ut repugnetur ei = huius sors est, ut peccandi* [alii, *pereundi*] *et corrigendi culpam* [alii: *salutem consequendi*] *occasionem praebeat, ipse vero contemnatur.* Act. VII, 21. *ἑαυτῇ εἰς υἱόν, sibi ut esset filius.* XIII, 22. 47. Usitatum esse in talibus apud Graecos et Latinos accus. duplicem, docet *Matthiae* l. l. p. 768., poni vero apud Hebraeos in iisdem nunc accus. duplicem, nunc acc. subiect. et ל praefixum substantivo praedicati, docent *Gesen.* Lehrg. §. 219, c. p. 813. coll. §. 220, 1. p. 816. *Ewald* l. l. §. 325, c. p. 603. coll. §. 312, 2. p. 587. — LXX Gen. XVII, 2. 1 Sam. XV, 11. 2 Sam. V, 3. Jes. XLII, 6. XLIX, 6. Jer. I, 5.

4) de *ratione personae vel rei alicuius ad aliquem vel ad aliquid* [*Beziehung, Hinsicht*], ubi Latini: *ratione habita, intuitu, quod attinet ad, ad, de, propter*, nostrates: *betreffend, in Hinsicht, in Bezug auf, wegen*, ut δέχεσθαι, ποιῆσαι τινὰ

εἰς ὄνομα προφήτου vel δικαίου i. e. *id intuens, quod prophetae vel probi nomen gerit* i. e. *quod propheta vel probus est* Matth. X, 41. 42. cf. *Fritzsche* l. l. p. 398. συναχθῆναι εἰς τὸ ὄνομά τινος *intuendo nomen alicuius, propter aliquem* Matth. XVIII, 20. μετενόησαν εἰς [i. e. *intuentes*] τὸ κήρυγμα Ἰωνᾶ Matth. XII, 41. Luc. XI, 32. cf. *Winer* p. 161. Ita לְ in לְקוֹלָם *ad vocem eorum* Num. XVI, 34. ubi LXX minus accurate ἀπό cf. *Ewald* l. l. p. 604. — Alii εἰς τὸ κήρυγμα *ad normam admonitionis*. Dici ita εἰς, ut sit fere i. q. κατά, auctor est *Herm.* ad Vig. p. 857. Ita אֶל cf. *Ewald* l. l. p. 602. — εὐδοκέω εἴς τινα i. e. voluptatem sentio *intuens in aliquem* = *voluptatem percipio ex aliquo* Matth. XII, 18. 2 Petr. I, 17. — λέγειν εἴς τινα *de aliquo* Act. II, 25. Eph. V, 32. Hebr. VII, 14. — ὀμόσαι — εἴς τι i. e. *intuens aliquid* Matth. V, 23. μαθητευθεὶς εἴς τι Matth. XIII, 52. ubi codd. dativ. exhibent. — ἰσχύειν εἴς τι Matth. V, 13. εὔθετος εἴς τι Luc. IX, 62. XIV, 35. — Luc. XII, 21. XVI, 8. 16. Act. XIII, 2. XIV, 26. XV, 38. XVI, 21. XX, 21. XXIV, 15. XXV, 20. XXVIII, 6. Cf. de hoc praepos. εἰς ap. Lucam usu *Schulz* die Parab. v. Verw. p. 72 sq. — post συνεργεῖν, ἱκανοῦν, ἑτοιμάζειν Rom. VIII, 28. Col. I, 12. 2 Tim. II, 21. post χρήσιμος, εὔχρηστος 2 Tim. II, 14. IV, 11. post αὔξησις et αὐξάνω Eph. IV, 15. 16. — εἰς τὴν ἐπαγγελίαν i. e. *promissionem quod attinet illam* Rom. IV, 20. (Plat. Legg. IV. p. 774. B. εἰς μὲν οὖν χρήματα, ὁ μὴ θέλων γαμεῖν ταῦτα ζημιούσθω. Eurip. Ion. 581. εἰς μὲν σὴν ἀνεύρεσιν θεὸς ὀρθῶς ἔκρανε.) cf. *Matthiae* l. l. p. 1144. Ita לְ ab initio positum 1 Chron. VII, 1. XXIV, 20. 21. Ps. XVI, 3. cf. *Ewald* l. l. p. 603. — λογίζεσθαι εἴς τινα, *statuere de aliquo* 1 Cor. XII, 6. καυχᾶσθαι εἰς τὰ ἕτοιμα *gloriari de rebus iam expeditis* 2 Cor. IX, 16. — Gal. VI, 4. (ita ἐπαινεῖν εἴς τι Plat. Alcib. I. p. 111. A. Dem. 308, 18.) cf. *Viger.* p. 592. *Matthiae* l. l. — Rom. XVI, 5. 19. 2 Cor. I, 21. — ὑπήκοος εἰς πάντα *in jeder Beziehung, in omnibus* 2 Cor. II, 9. (ita ἄξιος εἰς τὰ τοιαῦτα Xen. Anab. IV, 1. 28.) — 2 Cor. II, 12. VIII, 23. — IX, 8. εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθόν Gal. V, 10. Eph. I, 10. III, 16. 19. Col. IV, 11. Phil. IV, 16. 1 Thess. V, 18. 1 Tim. IV, 10. Hebr. X, 19. Jac. I, 19 ter. 1 Petr. I, 11. III, 21. 2 Petr. I, 9. (Diod. Sic. II, 57. IX, 50. Paus. VII, 8. 2. Lucian. Imagg. §. 23. Xen. Anab. II, 6. 30. cf. *Passow* l. l. *Matthiae* §. 578. p. 1147. *Fischer.* l. l. p. 154. *Stallbaum* ad Plat. Phileb. p. 188. *Reisig* ad Soph. Oed. Col. enarr. 796. 797. *Herm.* ad Soph. Oed. R. v. 1191. Et de eadem vi τοῦ לְ 1 Regg. X, 23. *Ewald* l. l. p. 603.

II) per confusionem duarum locutionum, qua, qui versatur *in loco*, cogitatur vel sistitur simul ut veniens *in locum*, ponitur εἰς c. accus. ad motum pertinens, ubi ἐν c. dat. mansionem

in loco indicans poni potuisse videtur. Matth. II, 23. *ἐλθὼν κατῴκησεν εἰς πόλιν* = *ἐλθὼν εἰς πόλιν κατῴκησεν ἐν αὐτῇ*. IV, 13. — Marc. I, 39. *ἦν κηρύσσων εἰς τὰς συναγωγάς* = *ἐλθὼν εἰς τὰς συναγωγὰς ἦν κηρύσσων ἐκεῖ*. II, 1. — XIII, 9. *εἰς συναγωγὰς δαρήσεσθε* = *εἰς σ. ἀπαγόμενοι δαρήσεσθε*. v. 16. — *ἐγείρειν* [signif. media ubi ponitur], *ἀναστῆναι, στῆναι εἰς τὸ μέσον*, = *aufstehen und in die Mitte treten* Marc. III, 4. XIV, 60. Luc. VI, 8. Joh. XX, 19. 26. — XXI, 4. — *κείμενον — εἰς ἕνα τόπον, hingelegt an einen* [besondern] *Ort*, Joh. XX, 7. *καθῆσθαι εἰς τὸ ὄρος* = *sich niederlassen auf den Berg und auf dem Berge sitzen* Marc. XIII, 3. — 2 Thess. II, 4. — Joh. IX, 7. *νίψαι εἰς τὴν κολυμβήθραν* = *εἰς τὴν κ. καταβάς*. Act. XVI, 24. *ἠσφαλίσατο εἰς τὸ ξύλον* = *ἔβαλεν εἰς το ξύλον καὶ ἠσφαλίσατο*. VII, 4. *εἰς ἣν ὑμεῖς κατοικεῖτε* = *ἐλθόντες κατοικεῖτε*. Luc. IV, 23. *ὅσα — γενόμενα εἰς καπερναούμ* = vel *γενόμενα ὑπὸ σοῦ εἰς κ. ἐλθόντος*, vel: *γενόμενα εἰς κ. in commodum Capernaumitarum*. — Luc. XI, 7. IX, 61. XXI, 37. — Act. II, 39. *πᾶσι τοῖς εἰς μακράν* = *πᾶσι τοῖς εἰς μακρὰν κατοικισθεῖσι καὶ οὖσιν ἐν τῇ μακρᾷ*. VII, 53. *εἰς διαταγὰς ἀγγέλων* = *angelis in ordines dispositis*. VIII, 20. *τὸ ἀργύριόν σου σὺν σοὶ εἴη εἰς ἀπώλειαν* = *ἀπέλθοι εἰς ἀπώλειαν καὶ εἴη σὺν σοὶ ἐν ἀπωλείᾳ*. — v. 40. *εὑρέθη εἰς ἄζωτον* — *ἐλθὼν εἰς ἄζωτον*. XVIII, 21. XIX, 22. XX, 14. XXI, 13. XXIII, 11 bis. XXVI, 20. — Joh. I, 18. *ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον* = *ὁ ἀναπέσας εἰς τ. κ. καὶ ὢν ἐν τῷ κόλπῳ*. — Apoc. VI, 15. — *ἡ κοινωνία εἰς τὸ εὐαγγέλιον*, enarra c. *Vatero: accessio ad*, Phil. I, 5. — Col. I, 6. 1 Thess. I, 5. Hebr. XI, 9. 1 Petr. V, 12. 1 Joh. V, 7. *εἰς τὸ ἕν εἰσι* = *εἰς τὸ ἓν ἦλθον καὶ ἐν τῷ ἑνί εἰσι in unum convenerunt et in uno sunt*, metaph. pro: *consentiunt* sc. in eo, Jesum esse *τὸν χριστόν*. Cf. *Lücke* III. p. 224. — Joh. XVII, 23. *ἵνα ὦσι τετελειωμένοι εἰς ἕν* = *ut ad perfectam unitatem perveniant* i. e. *ut prorsus, plene, perfecte consentiant*, q. l. ut *σώζεσθαι εἰς τόπον τινά*, ita *τελειοῦσθαι εἴς τι perfectas duci aliquo* = perfici in aliqua re dicitur. cf. Lamb. Bos. p. 584 sq. ed. *Schäfer* et de *ἔρχεσθαι εἰς ἕν* et similibus *Valcken.* ad Eurip. Hippolyt. v. 273. *Blomfield* Aeschyl. Choeph. p. 137. ed. Lips. *Wolf* ad Demosth. Leptin. p. 228. *Matthiae* §. 578. p. 1145. (Ex innumeris exemplis graecis haec sufficiant Aelian. V. H. VIII, 8. *ἠφαιστίων εἰς ἐκβάτανα ἀπέθανε*. Diod. Sic. III, 43. *ὁρᾶται χερσονήσος καὶ λιμὴν εἰς αὐτὴν κάλλιστος*. V, 84. *διατρίβων εἰς τὰς νήσους*. Xen. Cyr. II, 1. 5. *γαβαῖον ἔχοντα εἰς καΰστρον πεδίον ἑξακισχιλίους μὲν ἱππεῖς*. IV, 1. 1. *στὰς εἰς τὸ μέσον*. Anab. I, 2. 24. *ἐνοικοῦντες εἰς χωρίον ὀχυρόν*. Herodot. III, 80. *στάντα ἐς ἀρχήν*. c. 140. *ἵζετο ἐς τὰ πρόθυρα*.) [illegible] I. p. 420. *Herm.* ad Soph. Aiac. v. 80. *Matthiae* [illegible] 1142 sq. *Winer* p. 161. — Quae sit constructionis

verborum ἐλπίζω, πιστεύω, it. πίστις, ἐλπίς, πεποίθησις c. εἰς ratio, vid. supra sub I. 1. C. BB.

III) εἰς c genitivo, pendente a nomine omisso, ut οἶκος, δόμος, iunctum legitur Act. II, 27. οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδου. v. 31. κατελείφθη ἡ ψυχὴ αὐτοῦ εἰς ᾅδου. Etiam in his locis per confusionem duarum locutionum, sub no. II. memoratam, εἰς ᾅδου i. e. εἰς ᾅδου δόμον ἐλθοῦσαν ἐν ᾅδου sc. δόμῳ positum est, ubi ἐν c. dat. poni potuerat. Cf. Koen. ad Greg. Corinth. p. 446. ed. *Schäfer. Viger.* p. 590. *Fischer* l. l. p. 158. *Buttm.* §. 119, not. 9. *Passow* l. l. *Matthiae* l. l. p. 1147. §. 380. p. 701. — Saepius non extat in N. T.

Εἷς, μία, ἕν, gen. ἑνός, μιᾶς, ἑνός 1) *unus, a, um,* nom. cardinale. Legitur in N. T. a) universe aa) absolute i. e. absque substantivo Matth. XXV, 15. ᾧ δὲ ἕν sc. τάλαντον. Marc. XV, 36. δραμὼν δὲ εἷς — ἐπότιζεν αὐτόν. 1 Cor. IX, 24. XIV, 27. 2 Cor. V, 14. XI, 24. — Gal. III, 20. ὁ δὲ θεὸς εἷς ἐστι. Eph. III, 16. 20. — bb) iungitur c. subst. α) universe Matth. VI, 27. προςθεῖναι — πῆχυν ἕνα. XIX, 5. 6. XX, 12. XXVI, 40. XXVII, 15. Marc. X, 8. Luc. XII, 25. Joh. XI, 50. XVIII, 14. Act. XVII, 26. XXVIII, 13. Rom. V, 12. 15 — 19. XII, 4. 5. 1 Cor. VI, 16 bis. v. 17. X, 8. XII, 12. 14. 19. 20. Gal. V, 14. Eph. II, 15. 16. V, 31. — 1 Tim. III, 12 et Tit. I, 6. in quibus locis alii polygamiam simultaneam, alii successivam improbari existimant cf. *Grotius* ad hh. ll. — Tit. III, 10. Hebr. X, 14. Jac. IV, 13. 2 Petr. III, 8 bis. Apoc. XIX, 17. (Xen. Anab. VI, 6. vel 4, 14.) — β) sq. *negatione*, cohaerente arctissime c. verbo, copulandum est εἷς in talibus e. substantivo suo. Hebraei enim, cum *nullius* notionem peculiari vocabulo enuntiare non didicerint, eam operosius sic expresserunt, ut, quod nos cum aliis linguis de *nullo* dicamus, id ipsi *de uno*, *cui tacite opponerent, non plures, sed pauciores uno, se affirmare negarent* cf. *Fritzsche* IV Evv. I. p. 216. *Winer* p. 70. *Gesen.* p. 657. *Ewald* p. 655 — 657. — Matth. V, 18. ἰῶτα ἓν — οὐ μὴ — παρέλθῃ = ἰῶτα ἓν — οὐ δεινὸν, μὴ παρέλθῃ *iota unum — non metuendum, ne periret* i. e. *nullum iota periret.* De quo οὐ μή usu cf. *Herm.* ad Sophocl. Philoct. v. 416. — Rom. III, 12. οὐκ ἔστιν ὁ ποιῶν χρηστότητα, οὐκ ἔστιν ἕως ἑνός i. e. *desideratur, qui probe agat, usque ad unum* i. e. *adeo, ut vel unus desideretur*, vel *ut eorum, qui recte agant, pauciores sint uno, nicht bis auf Einen kommt man bei Ueberzählung der Frommen.* Sunt haec verba Ps. XIV, 3. LII, 4. ubi LXX ἕως ἑνός pro hebr. אֵין גַּם־אֶחָד et עַד־אֶחָד *Gesen.* l. l. p. 840. *Ewald* p. 604. — cc) sq. genit. partit. α) simpl. Matth. V, 19. ὃς ἐὰν οὖν λύσῃ μίαν τῶν ἐντολῶν v. 29. 30. VI, 29. XVI, 14. XVIII, 6. 28. XX, 13. XXV, 40. 45. XXVI, 14. 47. 51. Marc. V, 22. VI, 15. VIII, 28. IX, 42. XII, 28. XIII,

1, XIV, 10. 48. 66. Luc. V, 3. 12. IX, 8. XII, 27. XV, 19. 26. XVII, 2. XXII, 47. XXIII, 39. Joh. XII, 2. XVIII, 22. XIX, 34. Cf. *Matthiae* §. 318. p. 625. — β) ante se habente ἐκ vel ἐξ aa) universe Matth. XVIII, 12. XXII, 35. XXVI, 21. XXVII, 48. Marc. IX, 17. XIV, 18. 20. Luc. XV, 4. XVII, 15. Joh. I, 41. VI, 8. 70. 71. VII, 50. XII, 4. XIII, 21. 23. XVIII, 26. XX, 24. Act. XI, 28. Apoc. V, 5. VI, 1. VII, 13. XIII, 3. XVII, 1. XXI, 9. — — ββ) sq. negatione, copulanda c. verbo Matth. X, 29. καὶ ἓν ἐξ αὐτῶν οὐ πεσεῖται i. e. vel *unus eorum.* — dd) praecedente οὐδέ: οὐδὲ εἷς *ne unus quidem, nemo quisquam,* οὐδὲ ἕν, *nihil quidquam, ne unum quidem* Matth. XXVII, 14. Joh. I, 3. Act. IV, 32. Rom. III, 10. 1 Cor. VI, 5. (Xen. Mem. I, 6. 2. Cyr. I, 3. 10.) cf. de οὐδὲ εἷς fortius negante *Erf.* ad Soph. Antig. v. 594. *Schäfer* ad Dion. Hal. de comp. verb. p. 247. ad Greg. Corinth. p. 55 sq. *Herm.* ad Vig. p. 467. *Matthiae* §. 137. p. 261. *Buttm.* §. 64, 1. gram. max. I. §. 70. p. 280. — — ee) ὁ εἷς *der Eine* Matth. XXIV, 18. 24. Luc. XXIV, 18. 1 Cor. X, 17. (Hom. Iliad. XX, 272. Xen. Anab. V, 4. 11.) cf. *Passow* I. p. 420.

b) in distributione, ut aa) εἷς — εἷς, *unus* — *alter,* vel εἷς — εἷς — εἷς, *unus* — *alter* — *alter* Matth. XVII, 4. XX, 21. XXIV, 41. XXVII, 38. Marc. IV, 8. 20. IX, 5. X, 37. XV, 27. Luc. IX, 33. Joh. XX, 12. Gal. IV, 22. (ita εἷς μὲν — εἷς δέ Aristot. Eth. IV, 1. Xen. Cyr. I, 2. 4.) cf. *Viger.* p. 5. *Passow* l. l. — bb) ὁ εἷς — ὁ εἷς, *der Eine* — *der Andere* Matth. XXIV, 40. — 1 Thess. V, 11. οἰκοδομεῖτε εἷς τὸν ἕνα i. e. *Einer den Andern.* 1 Cor. IV, 6. — Gal. IV, 24. μία μὲν — ἡ δὲ ἄνω [pro: μία μὲν — ἡ δὲ ἑτέρα, τουτέστι ἡ ἄνω] *una* — *altera vero, superior puta.* — — cc) εἷς — ὁ ἕτερος, *unus* — *alter* Matth. VI, 24. Luc. XVI, 31. XVII, 34 — 36 — dd) ὁ εἷς — ὁ ἕτερος Matth. VI. 24. Luc. VII, 41. XVI, 13. XVIII, 10. Act. XXIII, 6. — ee) ὁ εἷς — ὁ ἄλλος Apoc. XVII, 10. — ff) εἷς ἕκαστος, *unusquisque* α) universe Act. II, 6. XX, 31. Eph. IV, 16. Col. IV, 6. (Xen. Anab. VI, 6. 12.) — β) sq. genit. partit. Luc. IV, 40. XVI, 5. Act. II, 8. XVII, 27. XXI, 26. 1 Cor. XII, 18. Eph. IV, 7. 1 Thess. II, 11. — γ) additur per abundantiam ἀνά Apoc. XXI, 21. — gg) καθ' ἕνα, καθ' ἕν, *singuli, singula, singulatim, singula deinceps, unus post alium* α) universe Joh. XXI, 25. 1 Cor. XIV, 31. (Xen. Venat. VI, 14.) cf. *Passow* l. l. — β) addito ἕκαστος: καθ' ἓν ἕκαστον Act. XXI, 19. (Xen. Cyr. I, 6. 22. Ages. VII, 1.) cf. *Winer* p. 101. *Herm.* ad Vig. p. 860. — γ) οἱ καθ' ἕνα, *singuli* Eph. V, 33. — hh) formulae Graecis incognitae α) εἷς καθ' εἷς pro: καθ' ἕνα ἕκαστον, *unusquisque, singuli, deinceps* Marc. XIV, 19. Joh. VIII, 9. Apoc. IV, 8. — β) ὁ δὲ καθ' εἷς pro: εἷς ἕκαστος Rom. XII, 5. Cf. Lucian. Soloecist. §. 9.

c) cum emphasi, *unus* i. e. aa) *unicus*, *ein Einziger*, *Einer*, ut accentu notetur vocab. *Einer* vel *unus* α) propr. αα) universe Matth. V, 36. οὐ δύνασαι μίαν τρίχα λευκὴν ἢ μέλαιναν ποιῆσαι. Matth. XIX, 17. Marc. II, 7. X, 18. Luc. XVIII, 10. — 1 Cor. VIII, 4. 6. Jac. II, 19. — Matth. XXI, 24. XXIII, 8. 9. 10. 15. Marc. VIII, 14. XII, 6. 29. 32. — ἕν σοι ὑστερεῖ Marc. X, 21. Luc. X, 42. XII, 52. XVII, 34. Joh. VI, 22. — VII, 21. ἓν ἔργον ἐποίησα coll. V, 1 sqq. Vid. *Lücke* II. p. 140. — Joh. IX, 25. X, 16. cf. *Lücke* I. l. p. 280 sq. 1 Cor. X, 17. XII, 12. 13 ter. Eph. II, 18. IV, 4. 5. 6. 1 Tim. II, 5. Jac. IV, 12. Apoc. XXI, 21. ἐξ ἑνὸς μαργαρίτου. — Phil. III, 14. Jac. II, 10. 2 Petr. III, 8. (Xen. Anab. IV, 7. 9.) — συνάγειν εἰς ἕν = *in unum coetum cogere* Joh. XI, 52. — Eph. II, 14. — ββ) *solius* notione inclusa Joh. XX, 7. εἰς ἕνα τόπον sc. κείμενον *an einen besondern Ort = besonders, allein hingelegt* (εἷς unus = solus Xen. Cyr. IV, 1. 17. V, 3. 33. et de εἷς μόνος *Schäfer* meletem. p. 19. 20.) — β) metaph. μία καρδία, μία ψυχή, ἕν, item εἰς τὸ ἕν dicuntur εἶναι, *qui consentiunt* Joh. IV, 30. XVII, 11. 21. 22. 23. 1 Joh. V, 7. cf. *Lücke* II. p. 446. 229 sq. Act. IV, 32. — De εἶναι εἰς τὸ ἕν v. sub εἰς no. II. adnotata. — ἐν ἑνὶ στόματι, *uno ore = einstimmig* Rom. XV, 6. — De ἀπὸ μιᾶς Luc. XIV, 18. vid. supra sub ἀπό p. 116. observata. — Phil. I, 27. — — bb) *unus idemque* α) absolute ἐπείπερ εἷς ὁ θεός, ὃς δικαιώσει περιτομὴν ἐκ πίστεως καὶ ἀκροβυστίαν διὰ τῆς πίστεως Rom. III, 30. τὸ ἓν φρονεῖν Phil. II, 2. — Hebr. II, 11. XI, 12. Apoc. XVII, 13. 17. XVIII, 8. 10. 16. 1 Cor. III, 8. ὁ φυτεύων δὲ καὶ ὁ ποτίζων ἕν εἰσιν = *eodem loco habendi sunt*. Gal. III, 28. πάντες — ἐστε eodem loco estis i. e. *pari Dei gratia fruimini, iisdem beneficiis participes*. (ita εἷς pro εἷς καὶ ὁ αὐτός Plut. vit. Alex. c. 22. Eurip. Phoen. v. 11 et 156.) cf. *Schäfer* ad Greg. Corinth. p. 216 sq. *Matthiae* §. 386. p. 706. — — β) addito καὶ ὁ αὐτός αα) universe 1 Cor. XII, 11. (Diod. Sic. XI, 47.) cf. *Schäfer* melet. p. 54. — ββ) refertur ad similitudinem et secum habet dativ. 1 Cor. XI, 5. cf. *Matthiae* §. 386. p. 706. *Buttm* §. 120, 2. not. 1.

2) i. q. τίς, *quidam*, cf. *Fritzsche* IV Evv. I. p. 318. *Winer* p. 60. *Gesen*. p. 655. *Ewald* p. 570. *Jacob* ad Lucian. Toxar. §. 32. p. 108. *Schäfer* ad Longin. p. 399. *Jacobs* ad Achill. Tat. p. 399. — aa) iungitur c. subst. Matth. VIII, 19. εἷς γραμματεύς. XVIII, 5. 24. XXI, 19. XXVI, 69. Marc. XII, 42. Joh. VI, 9. Apoc. VIII, 13. IX, 13. LXX κριὸς εἷς pro hebr. אַיִל אֶחָד Dan. VIII, 3. Gen. XXII, 13. προφήτης εἷς et hebr. נָבִיא אֶחָד 1 Regg. XX, 13. (Lucian. Demonact. §. 48.) — bb) nude legitur Matth. XIX, 16. — cc) sq. genit. partit. Luc. V, 17. VIII, 22. XX, 1. — dd) additur τίς: εἷς τις *unus aliquis* α) sq. nom. substant. Marc. XIV, 51. — β) sq. genit.

partit. *αα*) simplici Marc. XIV, 47. (Diod. Sic. XI, 47.) — *ββ*) praefixo *ἐκ* vel *ἐξ* Luc. XXII, 50. Joh. XI, 49. Cf. de *εἷς τις* [unus circiter, ut Xen. Anab. VI, 6 vel 4, 70.] *Matthiae* §. 487. p. 911. *Winer* p. 70. *Passow* II. p. 868.

3) ex hebr. pro ordinali *πρῶτος*, *primus*. Ita a) in enumerandis singulis septimanae diebus Matth. XXVIII, 1. Marc. XVI, 2. Luc. XXIV, 1. Joh. XX, 1. 19. Act. XX, 7. 1 Cor. XVI, 2. Ita LXX et אֶחָד Gen. VIII, 13. Esr. X, 16. 17. Cf. *Winer* p. 100. *Gesen.* p. 701 sq. *Ewald* p. 496. — b) sq. *ὁ δεύτερος*, *ὁ τρίτος* Apoc. IX, 12 coll. XI, 14. (Herodot. IV, 161.)

Εἰςάγω, f. *ξω* (ex *εἰς* et *ἄγω* duco) *introduco*, *hineinführen*. a) de personis aa) universe *α*) sq. *εἰς* c. acc. loci Luc. XXII, 54. Act. IX, 8. XXI, 28. 29. 37. (Palaeph. f. 19. Xen. Anab. I, 6. 11. Cyr. V, 2. 2.) — minus plene Luc. II, 27. *ἐν τῷ εἰςαγαγεῖν — τὸ παιδίον Ἰησοῦν* sc. *εἰς τὸ ἱερόν*. Joh. XVIII, 16. sc. *εἰς τὴν αὐλὴν τοῦ ἀρχιερέως* — *β*) sq. adverb. *ὧδε* Luc. XIV, 21. — bb) de Deo Messiam in mundum introducente Hebr. I, 6. *ὅταν δὲ πάλιν εἰςαγάγῃ — εἰς τὴν οἰκουμένην* i. e. *für die Zeit aber*, *wo er ihn einführen würde* oder *einzuführen beschlossen hatte*. Cf. *Böhme* ad h. l. — b) de rebus: *infero*, *hineinbringen* Act. VII, 45. (Xen. de rep. Athen. II, 3.) Saepius non extat in N. T.

Εἰςακούω, f. *ούσομαι* (ex *εἰς* et *ἀκούω* audio; audio ad aliquid Thuc. V, 45.) *audio* a) sq. gen. pers. *ita audio aliquem*, *ut obtemperem ei* = *obtempero*, *obedio* 1 Cor. XIV, 21. Ita LXX et שָׁמַע Deut. I, 43. IX, 23. (Sirac. III, 6. absolute Xen. H. G. V, 2. 12. Thuc. I, 126. III, 4.) — b) *ita audio*, *ut precibus eius adnuam* = *exaudio* aa) sq. accus. pers. Matth. VI, 7. Hebr. V, 7. *ἀπὸ τῆς εὐλαβείας* i. e. propter pietatem. — bb) sq. accus. rei: *audio ad aliquid* = *exaudio* Luc. I, 13. Act. X, 31. Ita LXX sq. gen. Ps. IV, 1. 2. ubi hebr. שָׁמַע.

Εἰςδέχομαι, f. *δέξομαι* (ex *εἰς* et *δέχομαι*) *recipio*, *aufnehmen*, [*τινὰ τειχέων* = *ἔσω τειχέων* Eurip. Phoen. 454 vel 461.] in N. T. semel de Deo benigne tractante et beneficiis ornante 2 Cor. VI, 17. — Apud LXX uti respondet קָבַץ congrego et dicitur de Deo Israelitas captivos et dispersos in patriam congregante atque hactenus iisdem benefaciente, ita 2 Macc. IV, 22. est: *benigne aliquem excipio*.

Εἴςειμι, impf. *εἰςῄειν*, (ab *εἰς* et *εἶμι* eo) *ingredior*, *intro*. Quater in N. T. a) sq. *εἰς* c. acc. loci Act. III, 3. XXI, 26. Hebr. IX, 6. — b) sq. *πρός τινα* i. e. *domum alicuius ingrediens eo ad aliquem* Act. XXI, 18. (absolute Herodian. III, 11. 12. Xen. Cyr. III, 2. 2)

Εἰςέρχομαι, (ab *εἰς* et *ἔρχομαι*) fut. *ἐλεύσομαι* [de qua futuri forma, obvia Matth. VII, 21. XIX, 23. Marc. X, 23. Luc. XVIII, 24. Joh. X, 9. Act. XX, 29. Apoc. II, 20. vide sub *ἀπέρχομαι* adnotata] a. 2. *εἰςῆλθον* 1) *ingredior*, *intro*, *hin-*

eingehen, eingehen, hineinkommen a) proprie. Ita legitur de personis et animalibus α) sq. εἰς αα) c. *acc. loci*, atque si interdum minus plene i. e. εἰςέρχεσθαι ponitur absque loci notatione, facile ille e contextis cognoscitur, — εἰς καπερναοὺμ Matth. VIII, 5. Marc. II, 1. Luc. VII, 1. ε. τὴν καισαρείαν Act. XXIII, 33. εἰς ἱεροσόλυμα Matth. XXI, 10. Marc. XI, 11. minus plene Act. I, 13. coll. v. 12. εἰς πόλιν Matth. X, 11. XXVII, 53. Marc. I, 45. Luc. X, 8. 10. XXII, 10. Act. IX, 6. XIV, 20. Apoc. XXI, 27. XXII, 14. — XXI, 21. εἰς αὐτὴν sc. τὴν πόλιν. — ε. τὸν οἶκον τοῦ θεοῦ Matth. XII, 4. Marc. II, 26. Luc. VI, 4. ε. τὸ ἱερὸν Matth. XXI, 12. Marc. XI, 11. 15. Luc. XIX, 45. ε. τὸν ναὸν Luc. I, 9. Apoc. XV, 8. ε. τὰ ἅγια Hebr. IX, 12. 24. 25. ε. τὴν συναγωγὴν Marc. I, 21. III, 1. Luc. IV, 16. VI, 6. Act. XIII, 14. XVIII, 19. Jac. II, 2. minus plene ibid. et praecedente ἐκκλησία 1 Cor. XIV, 23. 24. (Dem. 285, 3.) — ε. οἶκον vel ε. τὸν οἶκον Marc. VII, 17. Luc. I, 40. VIII, 41. Act. XI, 12. XVI, 15. XXI, 8. minus plene Luc. XIV, 23. vid. proxime seqq. — ε. τὴν οἰκίαν Matth. X, 12. XII, 29. Marc. III, 27. VI, 10. VII, 24. Luc. IV, 38. VII, 36. 44. X, 5. minus plene Marc. XIII, 15. Luc. VII, 45. — XI, 37. εἰςελθὼν δὲ sc. εἰς αὐτὸν vel εἰς τὴν οἰκίαν αὐτοῦ. — XV, 28. Act. V, 7. 10. X, 12. 25. — additur εἰς ad consilium pertinens, ut εἰς τοὺς γάμους, *ad nuptias celebrandas* domum intrare Matth. XXV, 10. — ε. τὸ ταμεῖον Matth. VI, 6. — absque conclavis interioris, quod ingreditur aliquis, mentione facta Matth. IX, 25. cf. *Fritzsche* IV Evv. I, p. 351. — Matth. XXII, 11. Marc. V, 39. coll. v. 40. VI, 22. 25. (Xen. Cyr I, 4, 13.) — ε. τὴν κώμην Marc. VIII, 26. Luc. IX, 52. XVII, 12. minus plene Luc. XXIV, 29 coll. v. 28. ε. κῆπον Joh. XVIII, 1. ε. τὴν νεφέλην Luc. IX, 34. ε. τὸν οὐρανὸν Hebr. IX, 24. ε. τὸν κόσμον Hebr. X, 5. 2 Joh. v. 7. ε. τὴν παρεμβολὴν Act. XXIII, 16. ε. τὸ μνημεῖον Marc. XVI, 5. Joh. XX, 6. minus plene Luc. XXIV, 3. Joh. XX, 5. 8. ε. τὴν κιβωτὸν Matth. XXIV, 38. Luc. XVII, 27. ε. τὸ ἀκροατήριον Act. XXV, 23. ε. τὸ πραιτώριον Joh. XVIII, 28. XIX, 9. ε. τὴν αὐλὴν διὰ τῆς θύρας Joh. X, 1. minus plene Joh. X, 9. εἰςελεύσεται καὶ ἐξελεύσεται καὶ νομὴν εὑρήσει i. e. εἰςελεύσεται εἰς τὴν αὐλὴν καὶ ἐξελεύσεται ἐξ αὐτῆς, quibus verbis, concise i. e. ita, ut includant εἰρήνης i. e. *securitatis* notionem, dictis et coniunctis cum καὶ νομὴν εὑρήσει describitur laetissima boni pastoris sors et conditio. Cf. *Lücke* II. p. 278. (Palaeph. f. 14. Plut. apophth. Mor. II. p. 34. ed. *Tauchn*. Dem. 1157, 17. Xen. Cyr. VII, 5. 57.) De praeposit. εἰς post vv. c. εἰς composita cf. *Bornem*. ad Xen. Sympos. p. 219. *Matthiae* §. 426. p. 786 sq. *Winer* p. 149.

bb) εἰς c. *acc. personae* i. e. α) *in domum alicuius* Act. XVI, 40. εἰς τὴν λυδίαν, q. l. *Griesb*. e codd. πρός. (Xen. Mem. I, 1. 14.) — minus plene et addito εἰς ad consilium per-

tinente Matth. XXV, 21. 23. εἴςελθε εἰς τὴν χαρὰν τοῦ κυρίου σου = εἴςελθε εἰς τὸν κυρίου σου μετασχὼν τῆς χαρᾶς αὐτοῦ intra domum heri tui, ut potiaris felicitate ab illo parata tibi. Cf. *Buttm.* §. 134, not. 7. *Matthiae* §. 578. p. 1146. *Fischer* ad Weller. Vol. III. P. II. p. 150. *Passow* I. p. 419. *Bast* ad Greg. Corinth. p. 46 sq. ed. *Schäfer.* — β) *in medium alicuius* i. e. *αα*) *in concionem alicuius*, ut εἰς τὸν δῆμον Act. XIX, 30. (Polyb. III, 44. 10.) cf. *Viger.* p. 594. — *ββ*) *in coetum alicuius* = *inter* Act. XX, 29. — *cc*) *in corpus alicuius* [ex opinione Judaeorum, de qua vide supra sub εἰς p. 416. observata] α) plene Marc. IX, 25. Luc. VIII, 30. XXII, 3. Joh. XIII, 27. — β) minus plene i. e. ita, ut cogitatione addas: εἰς τὸν ἄνθρωπον Matth XII, 45. Luc. XI, 26. — Huc pertinent etiam, quae leguntur Marc. V, 13. 15. Luc. VIII, 32. 33.

b) sq. διά c. genit. Matth. XIX, 24 et Luc. XVIII, 25. εὐκοπώτερόν ἐστι [Luc. γάρ ἐστι] κάμηλον διὰ τρυπήματος [Luc. διὰ τρυμαλιᾶς] ῥαφίδος εἰςελθεῖν i. e. κάμηλον εἰςελθεῖν εἰς τρύπημα ῥαφίδος καὶ διελθεῖν δι' αὐτοῦ. Joh. X, 2. ὁ δὲ εἰςερχόμενος διὰ τῆς θύρας = ὁ δὲ εἰςερχ. εἰς τὴν αὐλὴν διελθὼν διὰ τῆς θύρας. v. 9. δι' ἐμοῦ ἐάν τις εἰςέλθῃ = δι' ἐμοῦ, ὅς εἰμι ἡ θύρα, ἐάν τις εἰςέλθῃ εἰς τὴν αὐλήν. Cf. *Lücke* II. p. 277. — — c) sq. ἐκ c. genit. Luc. XVII, 7. ὅς εἰςελθόντι ἐκ τοῦ ἀγροῦ ἐρεῖ, *ex agro* i. e. *post opus in agro peractum* εἰςελθόντι εἰς τὴν οἰκίαν. Vide infra sub ἐκ no. II. 1. b. — d) sq. ἐν c. dat. personae Apoc. XI, 11. πνεῦμα ζωῆς ἐκ θεοῦ εἰςῆλθεν ἐν αὐτοῖς, e confusione duarum locutionum [cf. *Herm.* ad Vig. p. 893. ad Sophocl. Electr. v. 136. ad Aiac. v. 80. *Matthiae* §. 596. p. 1192. §. 577. p. 1141. *Winer* p. 217.] pro: εἰςῆλθεν εἰς αὐτοὺς καὶ ἐνήργησεν ἐν αὐτοῖς. — — e) sq. ἐπί c. accus. pers. Act. I, 21. ἐν ᾧ [sc. χρόνῳ, *in* vel *während welcher*] εἰςῆλθε καὶ ἐξῆλθεν ἐφ' ἡμᾶς ὁ κύριος ἰησοῦς = vel εἰςῆλθεν ἐφ' ἡμᾶς [i. e. *in domum nostram* = *ad nos*, uti alias εἰς ἡμᾶς] καὶ ἐξῆλθεν ἐξ ἡμῶν [i. e. *e domo nostra* = a nobis] i. e. *versatus est nobiscum familiariter, er ist mit uns umgegangen* (ita ἐξιών τε κ' εἰςιὼν δόμους Eurip. Hel. v. 1183. εἰςιόντα καὶ ἐξιόντα ἀπ' αὐτῆς Antisthen. ap. Athen. XIII. p. 589. E. cf. *Valckenar.* ad Eurip. Phoen. v. 537. p. 244. edit. Lips.) vel: εἰςῆλθε καὶ ἐξῆλθεν ἐφ' ἡμᾶς pro: ἐφ' ἡμῶν [de ἐπί τινι et ἐπί τινα inter se commutatis cf. *Lobeck* ad Phryn. p. 474 sq.] i. e. *intravit domum et domo exiit socios nos habens* = *nobiscum* [cf. de ἐπί τινι pertinente ad personas et res una vel iuxta se versantes *Matthiae* §. 586. p. 1166. *Herm.* ad Vig. p. 860.] i. e. *versatus est*, *degit apud nos*, vel *inter nos* vel *nobiscum*. Ita Hebr. בוא, LXX εἴςοδος, et יָצָא LXX ἔξοδος utuntur consuetudinem alicuius c. aliquo circumscribentes, ut 1 Sam. XXIX, 6. — f) sq. πρός c. acc. pers. i. e. *ad aliquem* = *αα*) *domum alicuius in-*

grediens accedo ad aliquem vel *adeo aliquem* Marc. XV, 43. Luc. I, 28. Act. X, 3. XI, 3. XVI, 40. ubi text. vulg. εἰς. — XXVIII, 18. Apoc. III, 20. (Cebet. Tab. c. 29. Xen. Mem. III, 10. 1.) — bb) εἰς τὴν συναγωγὴν πρὸς αὐτοὺς Act. XVII, 2. coll. v. 1. — — g) sq. ὑπό *c. acc. rei* Matth. VIII, 8 et Luc. VII, 6. ἵνα μου ὑπὸ τὴν στέγην εἰςέλθῃς = ἵνα εἰς τὴν οἰκίαν μου εἰςέλθῃς, tectum enim alicuius qui subit, domum eius ingrediatur necesse est. — — h) sq. ἔσω Matth. XXVI, 58. — i) sq. ὅπου [ex attract. pro ὅποι. Cf. *Herm.* ad Vig. p. 790. *Lobeck* ad Phryn. p. 43 sq. et 128. *Bornem.* ad Xen. Anab. II, 4. 19. VI, 3. 23. *Stallbaum* ad Plat. Eutyphr. p. 96. *Winer* p. 70.] Marc. XIV, 14. ὅπου ἐὰν εἰςέλθῃ i. e. εἰς ἣν ἂν οἰκίαν εἰςέλθῃ. Hebr. VI, 20. ὅπου i. e. εἰς ὅ. — — k) sq. ὧδε Matth. XXII, 12. — — l) εἰςέρχομαι καὶ διέρχομαι τόπον τινά i. e. εἰςελθὼν εἰς τόπον τινὰ διέρχομαι αὐτόν Luc. XIX, 1.

c) metaphorice, de personis, sq. εἰς c. acc. rei vel conditionis *ingredior in aliquam rem* aa) pro: *potior aliqua re, particeps fio alicuius rei*, ut α) εἰς τὴν ζωήν, i. e. *vitae et felicitatis futurae particeps fio* Matth. XVIII, 8. 9. XIX, 17. Marc. IX, 43. 45. — minus plene i. e. ita ut addas cogitatione εἰς τὴν ζωήν Luc. XIII, 34. — iunct. c. διὰ τῆς στενῆς θύρας vel πύλης Luc. XIII, 24. Matth. VII, 13. — β) εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ vel τῶν οὐρανῶν Matth. XIX, 24. Marc. IX, 47. X, 15. 23. 24. 25. Luc. XVIII, 17. 24. 25. Joh. III, 5. Act. XIV, 22. — Matth. V, 20. VII, 21. XVIII, 3. XIX, 23. — minus plene Matth. XXIII, 14. Luc. XI, 52. — οὐδὲ τοὺς εἰςερχομένους i. e. *eos, qui intrare conantur* Matth. XXIII, 14. Luc. XI, 52. Cf. *Fritzsche* IV Evv. I. p. 679. *Winer* p. 102. *Schäfer* ad Eurip. Phoen. v. 79. p. 16. et v. 1231. p. 87. *Matthiae* §. 497. p. 937. ab init. — Rom. XI, 25. — γ) εἰς τὴν δόξαν αὐτοῦ Luc. XX, 26. Cf. εἰς p. 418. — δ) εἰς τὴν κατάπαυσιν Hebr. III, 11. 18. IV, 1. 3. 5. 6. 10. 11. — — bb) pro: *incido in aliquid*, ut εἰς πειρασμόν Matth. XXVI, 41. Marc. XIV, 38. Luc. XXII, 40. 46. — Matth. VII, 13. πολλοί εἰσι οἱ εἰςερχόμενοι δι' αὐτῆς = οἱ εἰςέρχονται εἰς ἀπώλειαν διελθόντες δι' αὐτῆς. — — cc) pro: *succedo in aliquid, ich trete ein in etwas*, ut εἰς τὸν κόπον τινός Joh. IV, 38. (Cicer. de offic. III, 19. *succedo in locum alicuius*. Liv. VI, 4. *succedo in paternas opes.*)

2) pro: εἰςφέρομαι, *ingeror, inferor, hineingebracht werden* a) propr. ut de cibis, sq. εἰς Matth. XV, 11. Act. XI, 8. (ita τὰ εἰςιόντα Xen. Cyr. I, 6. 17.) — de peccato et morte in mundum illatis Rom. V, 12. — b) metaph. aa) *subeo, invado* sq. ἔν τινι Luc. IX, 46. εἰςῆλθε δὲ διαλογισμὸς ἐν αὐτοῖς, e confusione duarum locutionum pro: εἰς αὐτούς, *der Gedanke kam in ihre Seele und regte sich in ihnen* = *der Ge-*

danke stieg in ihrer Seele auf. (ita εἰςέρχεσθαί τινά τι legitur Eurip. Iphig. Aul. v. 1374. Charit. III. p. 68. ed. Lips. item εἰςιέναι τινά τι Joseph. Ant. XIV, 14. 4. Plut. vit. Cic. c. 47. Aelian. V. H. XII, 1. Plat. Phaedon. c. 2. denique εἰςιέναι τινά sc. ἔννοια vel ἐπιθυμία Xen. Anab. VI, 1. [V, 9.] 17.) Cf. *Valcken.* ad Herodot. p. 531. ad Eurip. Phoen. v. 1378. p. 411. ed. Lips. *Fischer* ad Plat. l. l. *Bast* ad Greg. Corinth. p. 875. *Schäfer* ad Lamb. Bos. de ellips. p. 148. *Herm.* ad Vig. p. 758 sq. *Ast* ad Plat. de rep. I. p. 5. — bb) εἰς τὰ ὦτά τινος, *ad aures alicuius pervenire, audiri ab aliquo* Jac. V, 4.

3) i. q. ἥκω, *pertingo, ich gehe,* i. e. *ich reiche hinein in* Hebr. VI, 19. trop. de spe favoris divini adipiscendi ad hanc non solum, sed ad vitam etiam futuram pertinente. Ita LXX ἥκω et hebr. בוא Jerem. XXXII, 24.

Εἰςκαλέομαι, οῦμαι, f. έσομαι Med. [verbi εἰςκαλέω, ab εἰς et καλέω voco; invoco Xen. Oec. IV, 15.) *ad me* vel *domum meam ut intret voco aliquem, introvoco in domum meam.* Semel in N. T. Act. X, 23. — De quo medii usu cf. *Buttm.* §. 122, 7. *Matthiae* §. 492, b. p. 924. *Winer* p. 109.

Εἴςοδος, ου, ἡ, (ab εἰς et ὁδός, via) *introitus, Eingang* [i. e. via, quae fert in locum Xen. Cyr. I, 3. 11.] i. e. τὸ *intrare, das Hineingehen, Eingang* a) propr. aa) sq. genit. loci, in quem intrat aliquis Hebr. X, 9. cf. de genit. obiecti *Matthiae* §. 367. p. 681. *Winer* p. 76. coll. *Gesen.* p. 676. *Ewald* p. 571 sq. — bb) sq. εἰς c. acc. loci 2 Petr. I, 11. — b) = *Auftritt* aa) sq. πρός c. acc. pers. 1 Thess. I, 9. ὁποίαν εἴςοδον ἔσχομεν πρὸς ὑμᾶς i. e. *qualem aditum habuerimus ad vos accedentes* = *inter vos* vel *apud vos.* De indic. h. l. cf. *Matthiae* §. 507. p. 968. *Winer* p. 121. *Jacob* ad Lucian. Toxar. p. 116. *Stallbaum* ad Plat. Euthyphr. §. 8. *Heindorf* ad Plat. Hipp. mai. p. 162. — 1 Thess. II, 1. — b) absolute Act. XIII, 24. ubi εἴςοδος = Latinorum *muneris auspicia.* Saepius non habetur in N. T.

Εἰςπηδάω, ῶ, f. ήσω (ab εἰς et πηδάω salio) *insilio, irruo.* Bis in N. T. a) sq. εἰς Act. XIV, 14. (Xen. Anab. I, 5. 8) — b) absolute Act. XVI, 19. (Herodian. VII, 5. 6.)

Εἰςπορεύομαι, f. εύσομαι (ab εἰς et πορεύομαι) 1) *intro, ingredior* a) universe aa) sq. εἰς c. acc. loci Marc. I, 21. Act. III, 2. — (Cebet. tab. c. 4.) — Marc. VI, 56. ὅπου ἂν εἰςπορεύετο εἰς κώμας ἢ πόλεις ἢ ἀγρούς i. e. *quemcunque locum intraret, sive vicum, sive urbem, sive praedia.* De h. l. indicat. cf. *Matthiae* §. 509. p. 969. — Luc. XIX, 30. ἐν ᾗ εἰςπορευόμενοι εὑρήσετε = ἐν ᾗ, εἰςπορευόμενοι αὐτὴν vel εἰς αὐτὴν, εὑρήσετε. — Latet nullo loci, quem intrat aliquis, in verbo sequenti, ut ὅπου Marc. V, 40. (Xen. Cyr. II, 3. 21.) — bb) praecedente εἰς τὴν οἰκίαν οὗ = εἰς ἣν Luc. XXII, 10.—

cc) sq. *κατά* c. acc. loci Act. VIII, 3. *κατὰ τοὺς οἴκους εἰςεπορεύετο* pro: *κατὰ τὰς ὁδοὺς εἰςεπορεύετο εἰς τοὺς οἴκους* *die Strassen entlang ging er in die Häuser* = *er ging in die Häuser Haus für Haus.* — dd) sq. *πρός* c. acc. pers. i. e. *in domum alicuius ad aliquem* Act. XXVIII, 30. (LXX Esth. II, 14. Ceb. tab. c. 29.) — ee) ita, ut cogitatione addas *τὴν οἰκίαν* vel *εἰς τὴν οἰκίαν* Luc. VIII, 16. XI, 33. — b) iunct. c. *ἐκπορεύεσθαι μετά τινος* = *versari cum aliquo* Act. IX, 28. q. l. *ἐν ἱερουσαλήμ* est: *cum esset Hierosolymis.* Ita בּוֹא et יָצָא 1 Sam. XXIX, 6. — — 2) pro: *εἰςφέρομαι*, *inferor, ingeror, hineingebracht werden* a) propr. aa) sq. *εἰς* c. accus. pers. = *in corpus alicuius* Marc. VII, 15. 18. — bb) sq. *εἰς* c. acc. rei vel loci Matth. XV, 17. Marc. VII, 19 bis. — b) metaph. *subeo, suborior* Marc. IV, 19. *αἱ — ἐπιθυμίαι εἰςπορευόμεναι.* Cf. quae sub *εἰςέρχομαι* num. 2. b. adnotavimus. Saepius non legitur in N. T.

Εἰςτρέχω, a. 2. *εἰςέδραμον* (ab *εἰς* et *τρέχω* curro) *introcurro.* Legitur tantum et quidem absolute Act. XII, 14. (2 Macc. V, 46. Herodian. I, 9. 7. Xen. Anab. V, 2. 16.)

Εἰςφέρω, a. 2. *εἰςήνεγκον*, a. 1. *εἰςήνεγκα* (ab *εἰς* et *φέρω*) *infero, hineinbringen*, a) sq. *εἰς* c. acc. *loci* aa) plene 1 Tim. VI, 7. Hebr. XIII, 11. (Xen. Cyr. VIII, 8. 10.) — bb) minus plene i. e. absque conclavis, quod intrat aliquis, mentione Luc. V, 18. — v. 19. *μὴ εὑρόντες, ποίας* [i. e. *qua via, wo* cf. *Matthiae* §. 377, 1. p. 691. §. 486. p. 908. coll. Lamb. Bos. p. 333. ed. *Schäfer. Fischer* ad Well. Vol. III. P. I. p. 259 sq.] *ἐνέγκωσιν αὐτόν* i. e. *qua via inferrent* vel *inferre possent; wie sie ihn hineinbringen sollten* cf. *Herm.* ad Vig. p. 741. *Winer* p. 121. *Matthiae* §. 516, 3. p. 985. *Buttm.* §. 126, 2. — (Plut. apophth. Mor. II. p. 24. ed. *Tauchn.*) — b) sq. *εἰς* c. acc. rei, ut *εἰςφέρειν τι εἰς τὰς ἀκοάς τινος* = *nuntiare alicui aliquid* Act. XVII, 20. (ita *ἄγειν τινα εἰς τὰς ἀκοάς τινος* Constant. de Themist. p. 19. *φέρειν τι εἰς τὰ ὦτά τινος* Sophocl. Aiac. v. 149. Eurip. Dan. v. 55.) — c) sq. *εἰς* c. accus. status vel conditionis, in quam ut incidat aliquis efficio, ut *εἰς πειρασμόν* Matth. VI, 13. Luc. XI, 4. Saepius non extat in N. T.

Εἶτα, adv. *tum, deinde, postea, quo facto* a) de tempore aa) legitur ab initio Luc. VIII, 12. Joh. XIII, 5. XIX, 27. XX, 27. (Plut. apophth. Mor. II. p. 19. ed. *Tauchn.* Xen. Mem. IV, 2. 13. IV, 5. 3.) cf. *Herm.* ad Vig. p. 772. *Buttm.* §. 136. p. 436 ed. X^ma *Matthiae* §. 603. p. 1211. — bb) per abundantiam praeponitur [postponitur plerumque apud Graecos] particip. Marc. IV, 17. *εἶτα γενομένης θλίψεως, ἢ διωγμοῦ διὰ τὸν λόγον* i. e. *aber wenn um der Lehre willen Trübsal und Verfolgung eintritt* — *dann.* Cf. *Passow* I. p. 425. *Herm.* l. l. et ad Aristoph. Nub. v. 857. *Schäfer* melet. p. 124 et ad Greg. Corinth. p. 145. *Buttm.* §. 131, not. 6. — b) de ordine; vel in

enumerationibus, ut πρῶτον — εἶτα, *primum* — *deinde* 1 Tim. II, 3. III, 10. (Aesop. fab. 10. Xen. Anab. I, 3. 2. Mem. I, 2. 1.) — εἶτα — εἶτα, *deinde* — *denique* Marc. IV, 28. — ἔπειτα — εἶτα, *tum* — *postea* 1 Cor. XV, 7. et ordine inverso 1 Cor. XV, 5. — c) in disputatione continuanda: *tum*, *dann*, *sodann* Hebr. XII, 9. (Plut. de usu animal. Orat. II. c. 2. p. 516 ed. *Tauchn.*) cf. *Buttm.* §. 136. *Matthiae* l. l. — Saepius non legitur in N. T.

'Εκ, et sequenti vocali ἐξ, praepos. regens genit. et significans: *e*, *ex*, *aus*; quae eius vis neque ab illis locis abest, in quibus Latini, explicatius ut loquantur, aliis etiam praepositionibus, ut *a*, *ab*, *inde a*, *per*, *post*, *prae*, *propter*, *pro*, *secundum*, nostrates: *von*, *vor*, *vermöge*, *wegen*, *an*, *nach*, utuntur.

A) *Conspectus rei.*

Legitur ἐκ in N. T.

I) *de loco*, i. e. *de motu e loco* i. e.

1) *aus etwas heraus*,

a) post vv. *eundi*, *prodeundi*, *veniendi* aa) de personis α) proprie i. e. de loco αα) sq. gen. *loci* — ββ) sq. gen. *personae* i. e. א) *e medio alicuius* — ב) *e corpore alicuius* — ג) *e domicilio alicuius* — β) metaphorice, seq. gen. *status* vel *conditionis* — — bb) de rebus prodeuntibus, missis, demissis, emissis e loco vel ex aliqua re α) sq. gen. *loci* vel *rei* αα) universe — ββ) νικᾶν ἔκ τινος — β) sq. gen. *personae* i. e. αα) *e corpore alicuius* — ββ) *ex ore alicuius* — γγ) *ex animo alicuius*.

b) post vv. *ducendi*, *educendi*, *excitandi* [= faciendi, ut prodeat aliquis], *demittendi*, *demonstrandi*, *pellendi*, *persequendi*, *colligendi*, *vocandi* aa) de personis α) propr. i. e. de loco αα) sq. gen. *loci* — ββ) sq. gen. *personae* i. e. *e medio alicuius* — β) metaph. i. e. sq. gen. *status* vel *conditionis* — bb) de rebus α) sq. gen. *loci* — β) sq. gen. *rei*.

c) post vv. *depromendi*, *eximendi*, *absportandi*, *largiendi*, *sumendi* aa) de personis, sq. gen. *loci* — bb) de rebus, sq. gen. *loci* vel *rei*.

d) post vv. *eiiciendi*, *eripiendi*, *liberandi*, item post substant. eiusdem potestatis aa) de personis α) sq. gen. *loci* — β) sq. ἐκ χειρός τινος — γ) sq. gen. personae i. e. αα) *e corpore alicuius* — ββ) *e potestate alicuius* — δ) sq. genit. *status* vel *conditionis* — bb) de rebus, sq. gen. *loci* vel *rei*.

e) post vv. *separandi*, *eligendi*, *caedendi*, *excidendi*, *resecandi*, *movendi*, *dimovendi*, *auferendi*, *delendi* aa) de

personis *α*) sq. gen. *loci* — *β*) sq. gen. *personae* = *e medio alicuius* i. e. *αα*) *e numero* — *ββ*) *e coetu alicuius* — *γ*) sq. gen. *rei*. — bb) de rebus *α*) sq. gen. *loci* — *β*) sq. gen. *rei*.

f) post vv. *cadendi* aa) de personis, sq. gen. *loci* — bb) de rebus, sq. gen. *loci* vel *rei*.

g) post vv. *mittendi*, *scribendi*, de personis aa) sq. gen. *loci* — plene — minus plene — bb) sq. gen. *status* vel *conditionis*.

h) in sententia *reposcendi* notionem includente.

i) post vv. *bibendi*, *hauriendi*, sq. gen. *vasis* vel *fontis*.

2) de *loco unde* vel *e quo inde* fit, faciendum, conspiciendum est aliquid, ubi Lat.: *inde e*, *inde a*, *de*, nos: *von* — *aus*, *aus*.

a) universe

b) ita, *ut periphrasin faciat adverbii*.

c) de *directione* i. e. de loco, in quem incidimus profecti ab hac vel illa rei vel personae alicuius parte, ubi Lat.: *a*, *e*, nos: *an*, *zu*, ita in formulis ἐκ δεξιᾶς, ἐκ δεξιῶν, ἐξ ἀριστερᾶς et similibus.

II) de *tempore*

1) de *certo temporis puncto* vel *termino*, ubi Latini:

a) *inde a*, *a*, *e*, *ex*, nos: *von*, *seit*, *von* — *an* aa) sq. nomine *temporis* *α*) universe — *β*) in formula ἡμέραν ἐξ ἡμέρας — bb) sq. nomine *rei gestae*, a qua inde factum est aliquid.

b) *statim post*, *a*, *ex*, ubi una actio ita alteram sequi dicitur, ut illa ex hac exire videatur.

2) universe et sic, ut, seq. genit. adiectivi vel pronom., *periphrasin faciat adverbii temporis*.

III) metaphorice: *de origine*, *Ableitung*, *Abkunft*, *Ursprung*, ubi Lat.: *e*, *ex*, *a*, *auctore*, nos: *von*, *durch*.

1) universe i. e. de personarum et rerum origine

a) sq. genit. *pers.*, e qua ortum ducit aliquis vel aliquid aa) proprie *α*) universe — *β*) = *e medio alicuius* — bb) ita, *ut circumscribat adiectiv.* — cc) sq. pron. personali *circumscribit pron. possessivum* — dd) post vv. passiva et neutra = ὑπό c. genit.

b) sq. gen. *loci*, unde ortum habet aliquis vel aliquid aa) universe — bb) ita, *ut circumscribat adiectiv.*

c) sq. gen. *rei* aa) plene — bb) minus plene.

2) de origine status et conditionis, qua est aliquis, sq. gen. personae.

3) de personarum originibus i. e. *de natalibus alicuius*

A) proprie

a) sq. genit. staminum vel seminis, e quo ortus est ali-

quis aa) proprie — bb) metonym. i. e. staminibus positis pro *genere*, *familia*.

b) sq. gen. *matris*, e qua natus est aliquis.

c) sq. gen. *generis*, *familiae*, *tribus*, *gentis*, *populi*, e quibus oriundus est aliquis aa) universe — bb) ita, *ut circumscribat adiectivum*.

d) sq. gen. *loci*, *urbis*, *ditionis*, e qua oriundus est aliquis aa) universe — bb) ponitur gen. personae pro genit. civitatis.

e) sq. gen. *conditionis*, in qua natus est et ex qua prodiit quasi aliquis aa) universe — bb) praefixo artic. *circumscribit adiectiv*.

B) tropice: *εἶναι* vel *γεννηθῆναι ἔκ τινος*

a) de personis: filius sum alicuius, natus sum ex aliquo pro: *eandem c. aliquo sequor sentiendi*, *iudicandi*, *agendi rationem* — [et hactenus *carus et acceptus ei sum*.]

aa) sq. genit. pers. ut ἐκ τοῦ θεοῦ — ἐκ τοῦ διαβόλου vel ἐκ τοῦ πονηροῦ — ἐκ τῆς σαρκός.

bb) sq. genit. loci, ut ἐκ τῆς γῆς vel ἐκ τῶν κάτω — ἐκ τῶν ἄνω.

cc) sq. genit. rei, pro: *operam do* vel *studeo alicui rei*, *amo et sequor aliquam rem*, *pendeo ab aliqua re*. — α) universe — β) praeced. articulo circumscribit adiect. vel particip. subst. cognatum.

b) de rebus, pro: *coniunctum est aliquid c. aliqua re* i. e. *commercium habet aliquid c. aliqua re*.

4) *de ratione totius ad partem*

a) in formula: *εἰμὶ ἔκ τινος*, *sum pars alicuius rei*.

aa) de rebus

bb) de personis: *sum e numero vel classe alicuius*, ut α) εἶναι ἐκ τοῦ ἀριθμοῦ τινος. — β) sq. gen. person. *εἶναι ἔκ τινος* αα) universe — ββ) praecedente nomine א) cardinali — ב) ordinali — ג) pronomine (אא) infinito — בב) interrogativo — גג) adiectivo — דד) demonstrativo — ד) substantivo — γγ) ita, *ut circumscribat adiectiv*. א) universe — ב) praeced. articulo.

b) post vv. *γενεαλογοῦμαι*.

c) post vv. quae, ubi de re tota agitur, secum habent accusativum, ubi vero, quae dicuntur, ad partem tantum pertinent, c. genit. iunguntur, sequitur ἐκ c. genit. = *τὶς ἔκ τινος*, *τὶ ἔκ τινος*, *etwas von*, *einige von* aa) universe — bb) post vv. *edendi*, *bibendi*, *fruendi*.

d) post *διδόναι τι*.

5) de *fonte*, e quo prodit vel proficiscitur aliquid, ubi Lat.: *e*, nos: *aus*, ita a) de fonte notitiae — b) sensuum certo-

rum — c) agendi rationis — d) effectus alicuius — e) universe.

6) de *causa* et *auctore*, *Ursache*, *Urheber*, *Veranlassung*
a) de personis, ubi Lat.: *auctore*, *per*.
b) de rebus = *per*, *propter*, *prae*, *a* — aa) universe — bb) post vb. *τηρεῖν ἑαυτόν*. — cc) *facit periphrasin adverbii*.

7) de *adminiculo*, e cuius usu prodit vel proficiscitur aliquid: *e*, *ex*, *a*, *per*, nos: *von*, *mittelst*, *durch*
a) universe
b) de *norma* et *lege*, ubi Lat.: *e*, *secundum*, *pro*, nos: *aus*, *an* aa) universe — bb) ita, *ut faciat periphrasin adverbii*.
c) de *pretio*, ubi Latini *ablativo*, nostrates: *um*, *für* utuntur.
d) de *materia*, e qua efficitur aliquid, ubi Lat.: *e*, *ex*, nos: *von*, *aus* aa) sq. genit. *materiei* — bb) sq. gen. *personae* = *ex ossibus alicuius*.

IV) pro *ἐν* positum videtur
1) post vb. *κρέμαμαι*, ubi Latini: *e*, *de*, nos: *an*.
2) ubi praepositio refertur magis ad verbi significationem, quam ad id, quod cogitatur.

V) in compositione pertinet 1) ad *remotionem e loco* vel *a loco*, ubi Latini *e*, *ex*, nos: *aus*, *heraus*, *hinaus*, *von*, *weg*, *ab*, ut *ἐκβαίνω*, *ἐκβάλλω*, *ἔκβασις*, *ἐκβολή*, *ἐκγαμίζω*, *ἐκγαμίσκω*, *ἐκδέχομαι*, *ἐκδημέω*, *ἐκδίδωμι*, *ἐκδιώκω*, *ἔκδοτος*, *ἐκδοχή*, *ἐκδύω*, *ἐκζητέω*, *ἔκθετος*, *ἐκκακέω*, *ἐκκεντέω*, *ἐκκλησία*, *ἐκκλίνω*, alia plura — 2) ad *continuationem*, ut *ἐκτρέφω*, *ἐκτείνω*, *ἐκτένεια*, *ἐκτενής*. Cf. *Viger*. p. 602. — 3) ad *vim* verbi simplicis *augendam*, ut *ἐκδαπανάω*, *ἔκδηλος*, *ἐκδιηγοῦμαι*, *ἐκδικέω*, *ἐκδίκησις*, *ἔκδικος*, *ἐκθαμβοῦμαι*, *ἐκκαθαίρω*, *ἐκκαίω*, *ἐκκεντέω*, *ἐκκλάω*, *ἐκλάμπω*, *ἐκλανθάνομαι*, *ἐκμυκτηρίζω*, *ἐκπειράζω*, *ἐκταράττω*, *ἐκτελέω*, *ἐκφοβέω*, *ἔκφοβος*, *ἐξαπατάω*, *ἐξαποροῦμαι*, *ἐξαρτίζω*, *ἐξελέγχω*, *ἐξετάζω*, *ἐξηγοῦμαι*, *ἐξισχύω*, *ἐξολοθρεύω*, *ἐξομολογέω*, *ἐξουθενέω*. Cf. *Viger*. p. 602. *Passow*. I. p. 426. *Valcken*. diatrib. p. 204. ed. Lips.

B) *Uberior rei expositio.*

I) de *loco* et quidem de *motu e loco* i. e. 1) *aus etwas heraus* cf. *Matthiae* §. 574. p. 1132. *Passow* I. p. 425. *Schulz* Parab. v. Verw. p. 79. *Winer* p. 153. *Fischer* ad Well. Vol. III. P. II. p. 121 sq. — Ita legitur a) post vv. *eundi*, *prodeundi*, *veniendi*, ubi agitur aa) de personis α) proprie i. e. de loco αα) sq. gen. *loci*, ut *ἀναβαίνω ἐκ τοῦ ὕδατος* Act. III, 39. — Luc. II, 4. quem locum alii referunt ad origines. Vid. infra p. 456. — Act. VIII, 39. *ἀναστῆναι ἐκ νεκρῶν prodire ex orco* = *in*

vitam redire Matth. XVII, 9. Marc. IX, 10. XII, 25. Luc. XVI, 32. XXIV, 46. Act. X, 41. XVII, 3. Joh. XX, 10. — trop. Eph. V, 14. — πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν = τῶν ἀναστάντων ἐκ τῶν νεκρῶν Col. I, 18. ἀνάστασις ἐκ νεκρῶν Luc. XX, 35. Act. IV, 2. 1 Petr. I, 3. — metonym. pro: ἀναστάντες ἐκ νεκρῶν Act. XXVI, 23. — ἀναστῆναι ἐκ τῆς συναγωγῆς = ἀναστ. καὶ ἐξελθεῖν ἐ. τ. σ. Luc. IV, 38. — ἀπαντάω Marc. V, 2. ἐγερθῆναι ἐκ νεκρῶν i. q. ἀναστῆναι ἐκ ν. Marc. VI, 14. 16. Rom. VI, 4. 9. VII, 4. 1 Cor. XV, 6. 12. 20. 2 Tim. II, 7. Joh. II, 22. XXI, 14. ἐκδημέω 2 Cor. V, 8. ἐκπορεύομαι Marc. XIII. 1. Apoc. XVI, 13. ἐκφεύγω Act. XIX, 15. ἐξέρχομαι Matth. VIII, 28. XXVII, 53. Marc. I, 29. V, 2. VI, 54. VII, 31. Act. VII, 3. 4. XVI, 40. XVII, 33. XXII, 18. 1 Cor. V, 10. 2 Cor. VI. 17. Hebr. III, 16. Joh. IV, 30. VIII, 59. additis ἐκ τῆς χειρός τινος = *potestati vel insidiis alicuius me subtraho* Joh. X, 39. vel ἐκ τῆς ὀσφύος τινός trop. pro: *nascor ex aliquo* Hebr. VII, 5. ἔξειμι Act. XIII, 42. Vide tamen ad h. l. *Griesb.* — ἔρχομαι Matth. XII, 42. Luc. V, 17. XI, 31. Joh. IV, 54. — minus plene i. e. addatur cogitando ἐλθών Joh. VI, 31. 32. ἄρτος ἐκ τοῦ οὐρανοῦ = *panis coelestis.* — Gal. I, 8. ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ = *coelestis.* — Phil. III, 20. 1 Thess. I, 10. ἥκω Joh. IV, 47. — *exoriendi, nascendi* sensu Rom. XI, 26. — καταβαίνω Matth. XXVIII, 2. Joh. I, 32. III, 13. VI, 33. 38. 42. Apoc. X, 1. XVIII, 1. XX, 1. — ἐκ τοῦ ὄρους i. e. *qui ante in monte fuerant, cum descenderent* Matth. XVII, 9. (ita Xen. Anab. VII, 4. 12. cf. *Bornem.* ind. ad Xen. Anab. p. 621. Pausan. V, 1. 1.) Vide tamen de h. l. *Griesb.* N. T. Vol. I. p. 86 ed. *Schulz.* — μεταβαίνω Luc. X, 7. Joh. XIII, 1. — συνακολουθέω Luc. XXIII, 55. ὑποστρέφω Act. XII, 25. φεύγω XXVII, 30. χωρίζομαι XVIII, 1. 2. — His adde ζῆν ἐκ νεκρῶν = ἀναστῆναι ἐκ νεκρῶν καὶ ζῆν Rom. VI, 13. ζωὴ ἐκ νεκρῶν = ἀνάστασις ἐκ νεκρῶν καὶ ζωή = *nova vita* XI, 15. — Ita LXX et מן Exod. XII, 1. (Chariton. VIII, 6. Herodian. I, 15. 2. Xen. H. G. I, 1. 32. V, 1. 34.) cf. *Matthiae* §. 574. p. 1132. *Buttm.* §. 134. *Fischer* ad Well. Vol. III. P. II. p. 120. *Viger.* p. 597.

ββ) sq. gen. *personae* i. e. א) *e medio alicuius* = *e popularibus* vel *ex civibus alicuius*, ita ἀνίστασθαι Act. XX, 30. ἐξέρχεσθαι Matth. II, 6. — ב) *e corpore alicuius*, ita ἐξέρχεσθαι de daemonibus Marc. I, 25. 26. V, 8. VII, 29. IX, 25. Luc. IV, 35. Vide ad hh. ll. supra sub εἰς p. 416. adnotata. — ג) *e domicilio alicuius* [cf. *Fischer* l. l. p. 122.] ἐξέρχεσθαι ἐκ τινος = *mitti ab aliquo* Joh. VIII, 42. alii: originem duco ab aliquo cf. *Lücke* II. p. 232. — Apoc. XI, 11. πνεῦμα ζωῆς ἐκ τοῦ θεοῦ [*exiens a Deo* = *ein von Gott gesandter.* Cf. Hom. Iliad. I, 63. alii: *Deo moderante, auf Gottes Veranlassung*, alii: *e domicilio Dei*] εἰςῆλθεν ἐν αὐτοῖς = εἰςῆλθεν εἰς αὐτοὺς καὶ ἐνήργησεν ἐν αὐτοῖς.

β) metaph. sq. genit. *status et conditionis*, ut ἐγερθῆναι ἐξ ὕπνου Rom. XIII, 11. ἔρχεσθαι ἐκ τῆς θλίψεως Apoc. VII, 14. μεταβαίνειν ἐκ τοῦ θανάτου εἰς τὴν ζωήν Joh. V, 24. 1 Joh. III, 14. μετανοεῖν ἐκ τῶν ἔργων αὐτῶν i. e. *perversa vitae suae ratione ad meliorem transire et hactenus mentem mutare* Apoc. XVI, 11. — II, 21. IX, 20. 21 quater. — παραβαίνειν ἐκ τῆς ἀποστολῆς i. e. *aus dem Apostelamte heraustreten* i. e. *deserere provinciam apostoli* Act. I, 25.

bb) de rebus prodeuntibus, missis, demissis, emissis e loco aliquo vel ex aliqua re α) sq. gen. *loci* vel *rei* αα) universe. Ita post ἀναβαίνω Apoc. VIII, 4. ἀνέβη ὁ καπνὸς — ἐκ χειρὸς ἀγγέλου sc. manu tenentis τὸν λιβανωτόν. IX, 2. XI, 7. XIII, 1. 11. XVII, 8. — ἀποκαλύπτεσθαι ἐκ τῶν καρδιῶν i. e. *ex animi recessibus prodire* = *aperiri* Luc. II, 35. ἀστράπτειν ἐκ τῆς ὑπ' οὐρανόν = *ex una regione sub coelo* i. e. *ex una coeli plaga* Luc. XVII, 24. cf. Lamb. Bos. de ellips. p. 558. 560 fin. ed. *Schäfer*. — γίνεσθαι Luc. III, 22. IX, 35. Marc. I, 11. Act. II, 2. — δύναμις ἐξ ὕψιστου i. e. *vis coelitus data* Luc. XXIV, 49. ἐκπορεύομαι Matth. XV, 11. 18. Marc. VII, 21. Luc. IV. 22. Eph. IV, 29. Apoc. I, 16. IV, 5. IX, 17. 18. XI, 5. XIX, 5. XXII, 1. — minus plene i. e. abest vb. exeundi Col. III, 8. ἐξέρχομαι Matth. XV, 19. Jac. III, 10. ἐπιστρέφειν ἐκ τῆς — ἁγίας ἐντολῆς i. e. *aus der Verbindung mit der heil. Lehre heraustretend umkehren* = *desciscere a disciplina sancta* 2 Petr. II, 21. ἔρχομαι Marc. IX, 7. Joh. VI, 23. XII, 28. Apoc. IX, 3. XIV, 20. XIX, 2. 5. 21. — minus plene i. e. abest vb. veniendi vel deveniendi Act. XI, 9. Apoc. X, 4. 8. XI, 12. XIV, 2. 3. XVI, 1. XVIII, 4. XXI, 3. — Matth. XXI, 16. Luc. XI, 54. Act. XXII, 14. καταβαίνω Joh. VI, 41. 50. 51. 58. Apoc. III, 12. XXI 2. 10. — XIII. 13. XVI, 21. XX, 9. — περιαστράπτω Act. XXII, 6. ῥέω Joh. VII, 38. φέρομαι 2 Petr. I, 18. (Herodot. IV, 5.) — ἰδού, φωνὴ ἐκ τῶν οὐρανῶν Matth. III, 17. vel ἐκ τῆς νεφέλης XVII, 5. — ββ) ὁ νικῶν ἔκ τινος i. e. *is, qui victor discessit e pugna contra aliquem* Apoc. XV, 2. Alii [vid. infra sub III. 1. a. aa.] *is, qui victoriam tulit ex aliquo* [cf. Liv. VIII, 8. IV, 60.] i. e. *natam e pugna contra aliquem*. Alii, cum verbo νικᾶν insit notio comparativi [*vinco* i. e. *superior sum* cf. *Matthiae* §. 358. p. 672.], ἐκ ut מִן sq. gen. ex hebr. poni dicunt loco genit. simplicis cf. *Ewald* p. 599. *Gesen*. p. 689. De participio denique οἱ νικῶντες substantivi vim habente cf. *Matthiae* §. 570. p. 1126. Greg. Corinth. p. 138 sq. et 812. ed. *Schäfer*. — β) sq. genit. *pers*. i. e. αα) *e corpore alicuius*, ita de vi emanante Marc. V, 30. — ββ) *ex ore alicuius* Act. XIX, 34. — γγ) *ex animo alicuius* Marc. VII, 20.

b) post vv. *ducendi, educendi, excitandi* [i. e. *prodire faciendi*], *demonstrandi, demittendi, pellendi, persequendi, colligendi, vocandi* aa) de personis α) propr. i. e. de loco αα) sq.

gen. *loci*, ut ἀνάγω Rom. X, 7. Hebr. XIII, 20. ἀνίστημι ἐκ νεκρῶν *excito* i. e. *educo ex orco* Act. XIII, 34. XVII, 31. διώκω Matth. X, 23. vid. ad h. l. *Griesb.* edit. *Schulz.* — ἐγείρω ἐκ νεκρῶν Joh. XII, 1. 9. 17. Act. III, 15. IV, 10. XIII, 30. Rom. IV, 24. VIII, 11 bis. X, 9. Gal. I, 1. Eph. I, 20. Col. II, 12. Hebr. XI, 19. 1 Petr. I, 21. ἐξάγω Act. VII, 40. XII, 17. XIII, 17. Hebr. VIII, 9. ἐπισυνάγω Matth. XXIV, 31. Marc. XIII, 27. καλέω Matth. II, 15. ὑψόω Joh. XII, 33. φωνέω Joh. XII, 17. (Aeschin. 70, 14. Diod. Sic. XVI, 8. Xen. H. G. VI, 5. 15.) — ββ) sq. genit. *personae* i. e. *e medio alicuius*, ut ἀνίστημι Act. III, 22. VII, 37. ἐξολοθρεύω Act. III, 23. προβιβάζω XIX, 33. Ita LXX pro מִקֶּרֶב Levit. XVII, 4. — β) metaph. sq. genit. *status, conditionis*, ut ἐπιστρέφω ἐκ τῆς πλάνης Jac. V, 20. καλέω 1 Petr. II, 9. (μεταστρέψαι ἦτορ ἐκ χόλου Hom. Iliad. X, 107.) — bb) de rebus α) sq. gen. *loci*, ut καθίημι Act. XI, 5. — β) sq. gen. *rei*, ut δεικνύναι τι ἔκ τινος i. e. *etwas aus etwas erweisen, den Beweiss für etwas aus etwas hervorgehen lassen* Jac. II, 18. III, 13.

c) post vv. *depromendi, eximendi, absportandi, sumendi, largiendi,* aa) de personis, sq. gen. *loci*, ut συλλέγω Matth. XIII, 41. συλλέξουσιν ἐκ [i. e. *colligent et tollent* cf. *Fritzsche* IV Evv. I. p. 473. *Winer* p. 104.] τῆς βασιλείας αὐτοῦ — πάντα τα σκάνδαλα. — bb) de rebus, sq. gen. *loci* vel *rei*, ut δίδωμι Joh. III, 27. ἐὰν μὴ ᾖ δεδομένον αὐτῷ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ q. l. e Judaeorum dicendi ratione sedes vel domicilium Dei memoratur, ubi esse aliquid div. originis significatur, cf. *Fritzsche* l. l. p. 110. — ἐκβάλλω Matth. VII, 5 bis. XII, 35. XIII, 52. Luc. VI, 42. λαλέω = *verba depromo* Matth. XII, 34. Luc. VI, 45. λαμβάνω Joh. I, 16. XVI, 14. 15. Apoc. V, 7. X, 10. — προφέρω Luc. VI, 45. συλλέγω, ut σῦκας ἐξ ἀκανθῶν [i. e. *hineingreifen in die Dornen und herausnehmen und sammeln*] Luc. VI, 44. eodem modo τρυγᾶν Luc. VI, 44. (Theophr. Char. VIII vel IV, 2. Clemens Alexandr. III, 10. Plat. Lysid. p. 207. A.)

d) post vv. *eiiciendi, eripiendi, liberandi*, item post substant. et adiectiv. eiusdem potestatis aa) de personis α) sq. genit. *loci*, ut αἴρω Joh. XVII, 15. ἁρπάζω Act. XXIII, 10. ἐκβάλλω Joh. II, 15. 3 Joh. v. 10. ἐμέω Apoc. III, 16. λύω Act. XX, 7. σώζω Jud. v. 5. — κρίνω Apoc. XVIII, 20. ἔκρινεν ὁ θεὸς τὸ κρίμα ὑμῶν ἐξ αὐτῆς sc. τῆς πόλεως i. e. *causam vestram egit Deus et tutos vos ab ea praestitit = et vindictam a civibus eius sumsit.* Ita LXX κρίνειν κρίσιν τινός Jer. V, 28. Thren. III, 59. Siracid. XXXV, 22. et κρίνειν ἐκ χειρός τινος pro שָׁפַט sq. מִן i. e. causam egit et liberavit ab aliquo 1 Sam. XXIV, 16. 2 Sam. XVIII, 19. 31. — β) sq. genit. *rei* αα) universe, ut ἁρπάζω Jud. v. 23. διασώζομαι Act. XXVIII,

4. ἐξαγοράζω Gal. III, 13. ῥύομαι Rom. VII, 24. 2 Tim. III, 11. IV, 17. ἐλεύθερος 1 Cor. IX, 19. ἀνανήφω [ad meliorem mentem redeo ita, ut expediam me] ἐκ τῆς τοῦ διαβόλου παγίδος 2 Tim. II. 26. Cf. *Winer* p. 104. *Fritzsche* IV Evv. Vol. I. p. 473. *Ewald* p. 620. *Markland* ad Eurip. Suppl. v. 1205. *Stallbaum* ad Plat. Euthyphr. p. 60. — τηρεῖν [observare aliquem ita, ut tuearis eum ab aliquo] Joh. XVII, 15. Cf. *Lücke* II. p. 447. *Winer* l. l. *Fritzsche* l. l. *Ewald* l. l. *Markland* l. l. *Stallbaum* l. l. — Apoc. III, 10. — β) sq. ἐκ χειρός τινος = *e potestate alicuius*, ut ἀπάγω Act. XXIV, 7. ἁρπάζω Joh. X, 28. 29. ἐξαιροῦμαι Act. XII, 11. ῥύομαι Luc. I, 73. σωτηρία v. 71. — γ) sq. gen. *personae* i. e. αα) *e corpore alicuius*, ut ἐκβάλλω Marc. VII, 26. — ββ) *e potestate alicuius* i. e. *vindico aliquem ab aliquo*, ut ἐξαιροῦμαι Act. XXVI, 17. σωτηρία Luc. I, 71. — δ) sq. gen. *status* vel *conditionis*, ut ἐξαιροῦμαι Act. VII, 10. Gal. I, 4. λυτρόω 1 Petr. I, 18. ῥύομαι 2 Cor. I, 10. Col. I, 13. 2 Petr. II, 9. Jac. V, 20. Hebr. V, 7. ἀναπαύομαι ἐκ τῶν πόνων Apoc. XIV, 13. Cf. *Matthiae* §. 355. p. 669. — σώζω Joh. XII, 27. — bb) de rebus sq. gen. *loci* vel *rei*, ut βάλλω Apoc. XII, 15. 16. βρύω Jac. III, 11. ἐκτείνω Act. XXVII, 30. ῥίπτω Act. XXVII, 29. Ita LXX et מִן Job. VI, 23. (Aeschyl. Prom. v. 518. 897. Soph. Electr. v. 291. Plat. Gorg. p. 511. C. D. Xen. Anab. III, 2. 11.) cf. *Fischer* ad Well. Vol. III. P. I. p. 361. 372 sqq. *Matthiae* §. 353, not. p. 665.

e) post vv. *separandi, eligendi*, item *caedendi, excidendi, resecandi, movendi, dimovendi, auferendi, delendi* aa) de personis α) sq. gen. *loci*, ut αἴρω, ἀφορίζω Matth. XIII, 49. Joh. XX, 2. 1 Cor. V, 2. γίνομαι 1 Thess. II, 7. — β) sq. gen. *personae* = *e medio alicuius* i. e. *e numero alicuius*, ἐκλέγομαι Act. I, 24. XV, 22. (Xen. H. G. I, 6, 11. Anab. II, 5. 20.) λαμβάνω Hebr. V, 1. — ββ) *e coetu alicuius*, ἐξαίρω 1 Cor. V, 13. ἐξέρχομαι *ich trete heraus* = *seiungo me* 1 Joh. II, 19 (Xen. Mem. III, 6. 17.) — γ) sq. gen. *rei*, ut ἐκκόπτω Rom. XI, 24. — bb) de rebus α) sq. gen. *loci*, ut αἴρω, ἀποκυλίζω Marc. XVI, 3. Joh. XXI, 1. ἀφαιροῦμαι Apoc. XXII, 19 (Xen. Venat. XII, 9.) λατομέω Marc. XV, 46. ἐκλέγομαι Joh. XV, 19. Cf. *Lücke* ad h. l. — αἴρω ἐκ μέσου = *aboleo* Col. II, 14. κινέω Apoc. II, 5. VI, 14. — β) sq. gen. *rei*, κόπτω [hineingreifend in das Laubwerk abbrechen] Marc. XI, 8. ἐξαλείφω Apoc. III, 5. — VII, 17. q. l. lect. vulg. ἀπό. — (Xen. H. G. II, 3. 20.) λαμβάνω Apoc. VI, 4. (Xen. Anab. II, 3. 26.) cf. *Matthiae* §. 554, ζ. p. 667.

f) post vv. *cadendi* aa) de personis, sq. genit. *loci*, ut πίπτω ἐξ οὐρανοῦ i. e. *ex aëre* [ubi quippe versari putabantur genii mali] Luc. X, 18. — bb) de rebus, sq. gen. *loci* vel *rei*, ut πίπτω ἐκ τῆς κεφαλῆς Act. XXVII, 34. — Luc. XXI, 18. θρὶξ ἐκ τῆς κεφαλῆς οὐ μὴ ἀπόληται = οὐ μὴ πέσῃ καὶ ἀπόληται. — Apoc. VIII, 10. IX, 1.

g) post vv. *mittendi*, *scribendi* aa) sq. genit. *loci*, ut ἀποστέλλω Joh. I, 19. Alii ad origines h. l. verba referunt. Vid. infra sub III. — minus plene Col. IV, 16. τὴν [sc. ἐπιστολὴν] ἐκ Λαοδικείας. — bb) sq. genit. *status* vel *conditionis* 2 Cor. II, 4. ἐκ πολλῆς — θλίψεως — ἔγραψα. Cf. *Winer* p. 153.

h) in sententia, *reposcendi* notionem includente, ut: ἐκδικεῖν τὸ αἷμά τινος ἐκ χειρός τινος *sanguinem alicuius e manu alicuius reposcere*, *ut vindictam ab eo sumas* = *sanguinem effusum* vel *caedem alicuius ulcisci* Apoc. XIX, 2. Ita LXX pro hebr. נָקַם דָּם מִיַּד 2 Regg. IX, 7. et pro דָּרַשׁ דָּם מִיַּד Gen. IX, 5. Ezech. XXXIII, 6. item ἐκζητεῖν τὸ αἷμά τινος ἐκ χειρός τινος pro בִּקֵּשׁ דָּם מִיַּד 2 Sam. IV, 11. Ezech. III, 18. 20. Cf. *Ewald* p. 598.

i) post vv. *bibendi*, *hauriendi*, sq. gen. *vasis* vel *fontis* Matth. XXVI, 27. Marc. XIV, 23. 1 Cor. XI, 28. (Athen. XI, 10. p. 483. Xen. Anab. VI, 1. 4.). — ἐκ πέτρας = τοῦ ὕδατος τοῦ ἐκ πέτρας 1 Cor. X, 4. — ἐκ τοῦ φρέατος Joh. IV, 12. Ita LXX et hebr. מִן Levit. XX, 17. et ἀπὸ pro מִן Exod. VII, 18. — minus plene Apoc. XXI, 6. δώσω αὐτῷ ἐκ τῆς πηγῆς τοῦ ὕδατος = δώσω αὐτῷ πίνειν ἐκ τῆς πηγῆς. (ita πίνειν ἐκ τοῦ ποταμοῦ Aelian. V. H. I, 4. et ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ Xen. Cyr. IV, 5. 4.)

2) de loco, unde vel e quo fit, faciendum, conspiciendum est aliquid, ubi Latini: *inde e*, *inde a*, *de*, nos: *von — aus*, *aus* a) universe, ut διδάσκειν ἐκ τοῦ πλοίου Luc. V, 3. Act. XXVIII, 17. Joh. XIX, 23. Apoc. IX, 13. — (Herodot. I, 24. et 36. Chariton. VIII, 6. Hom. Od. XIX, 375.) cf. *Matthiae* l. l. p. 1132. *Passow* I. p. 425. — ἐκπίπτειν ἐκ τῶν χειρῶν Act. XII, 7. manibus enim cum dependerent catenae, ex illis exire videbantur cf. *Matthiae* l. l. *Passow* l. l. — σημεῖον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ Matth. XVI, 1. Luc. XI, 16. Cf. *Fritzsche* IV Evv. I, p. 526. — b) ita, *ut periphrasin faciat adverbii*, ut ξηρᾶσθαι ἐκ ῥιζῶν i. e. *radicitus* Marc. XI, 20. Ita LXX et hebr. מִשֹּׁרֶשׁ Job. XXVIII, 9. — c) de *directione unde* i. e. de loco, in quem incidimus profecti ab hac vel illa personae aut rei alicuius parte, ubi Lat.: *a*, nos: *an*, *zu*, ut in formulis ἐκ δεξιᾶς, ἐκ δεξιῶν, ἐξ ἀριστερᾶς, ἐξ ἀριστερῶν, ἐξ εὐωνύμου [LXX pro מִימִין 1 Sam. XXIII, 19. 24. 1 Regg. VII, 49. cf. *Ewald* p. 601.] iunctis c. ἱστάναι, ἑστηκέναι Matth. XXV, 33. Marc. XV, 39. Luc. I, 11. Act. VII, 55. 56. — minus plene i. e. abest vb. standi Matth. XXV, 34. 41. εἶναι Act. II, 25. καθῆσθαι Matth. XXII, 44. XXVI, 64 Marc. XII, 36. XIV, 62. Luc. XX, 42. XXII, 69. Act. II, 35. Hebr. I, 13. καθίζειν Matth. XX. 21. Marc. X. 37. 40. XVI. 19. σταυροῦν Marc. XV, 27. Luc. XXIII, 33. — (Polyb. V, 7. 11. Xen. Cyr. VIII, 5. 15. Anab. IV, 8. 2.) cf. *Matthiae* §. 574. p. 1132. *Fischer* ad Weller. Vol. III. P. II. p. 121. *Winer* p. 153.

II) *de tempore* 1) *de certo temporis puncto vel termino*, ubi Lat.: a) *a, inde a, e, ex*, nos: *von, von — an, seit* aa) sq. nomine temporis α) universe, ut ἐκ τοῦ αἰῶνος Joh. IX, 32. ἐξ ἀρχῆς VI, 64. XVI, 4. ἐκ γενετῆς IX, 1. ἐκ γενεῶν ἀρχαίων Act. XV, 21. ἐξ ἐτῶν ὀκτὼ IX, 33. — XXIV, 9. — ἐκ νεότητος Matth. XIX, 20. Marc. X, 21. Luc. XVIII, 21. Act. XXVI, 4. ἐκ χρόνων ἱκανῶν Luc. VIII, 27. — Ita LXX et מִן 1 Regg. XVIII, 12. (Aelian. V. H. III, 4. XII, 27 et 64. Herodian. III, 5. 5. Polyb. IV, 17. 4. Xen. H. G. VI, 1. 4.) cf. *Matthiae* §. 574. p. 1132. *Fischer* l. l. p. 121. *Viger*. p. 598. *Passow* I. p. 425. *Winer* p. 153. *Eiusd*. Specim. lex. hebr. p. 11. *Ewald* p. 601.— in formula Hebraeis usitata: ἐκ κοιλίας μητρός = Graecorum ἐκ βρέφους, ἐκ παίδων, ἐκ παιδίου [Xen. Oecon. III, 10. Mem. II, 6. 8.] Lat.: *a teneris inde, a prima inde aetate* Matth. XIX, 12. Luc. I, 15. Act. III, 2. XIV, 8. Gal. I, 15. Ita LXX et hebr. מִבֶּטֶן אִמִּי vel מִמְּעֵי אִמִּי Ps. XXII, 10. Jes. XLIX, 1.— β) ἡμέραν ἐξ ἡμέρας, *de die in diem = quotidie, Tag für Tag, von einem Tage zum andern* 2 Petr. II, 8. (Eurip. Rhes. v. 445. Stob. Serm. 39. p. 241. coll. Theocrit. Idyll. XVIII, 35.) cf. *Pott* ad h. l. — — bb) sq. nomine rei, a qua gesta inde factum est aliquid, ut ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν Rom. I, 4. (Herodot. VIII, 12. Thuc. III, 10.) Alii: *mittelst*, vid. infra sub III. 7.

b) *statim post, a, ex*, ita in locis, ubi una actio ita alteram sequi dicitur, ut illa ex hac prodire vel exire videatur Luc. XI, 6. φίλος μου παρεγένετο ἐξ ὁδοῦ πρός με = *itinere hucusque facto, ex itinere*, XII, 36. πότε ἀναλύσει ἐκ τῶν γάμων. XVII, 7. ὃς εἰςελθόντι ἐκ τοῦ ἀγροῦ ἐρεῖ = *post opus in agro peractum, ex agro*. Joh. XIII, 4. ἐγείρειν ἐκ τοῦ δείπνου. 2 Cor. IV, 6. ὁ Θεὸς ὁ εἰπὼν ἐκ σκότους φῶς λάμψαι. — Joh. IV, 6. κεκοπιακὼς ἐκ τῆς ὁδοιπορίας. Alii h. l. referunt ad III. 1. a. dd. — Ita LXX et מִן 2 Sam. XXIII, 4. (Hom. Iliad. XVI, 365. Herodot. III, 82. Aeschin. Dial. Socr. III, 5. Xen. Anab. IV, 6. 21. Cyr. I, 4. 28. — *ex consulatu* Cicer. de clar. orat. 318. *ab itinere* Sueton. in Jul. Caes. c. 60.) cf. *Fischer* l. l. p. 121. *Passow* I. p. 425. *Matthiae* §. 574. p. 1133. §. 572. p. 1128 sq. *Viger*. p. 598. *Winer* p. 153. et eiusd. Spec. lex. hebr. p. 10.

2) universe, sq. genit. adiect. vel pronom. *facit periphrasin adverbii temporis*, ut ἐξ αὐτῆς vel ἐξαυτῆς *illico, protinus* Marc. VI, 25. ἐκ δευτέρου, *iterum* Matth. XXVI, 42. Act. X, 15. XI, 9. — De πάλιν iuncto c. ἐκ δευτέρου vid. δεύτερος. — Joh. IX, 24. Marc. XIV, 72. Hebr. IX, 28. — ἐξ ἱκανοῦ, *e multa inde tempore, iam dudum* Luc. XXIII, 8. — ἐκ τούτου Joh. VI, 66. XIX, 12. ἐκ τρίτου, *tertio*, Matth. XXVI, 44. (Diod. Sic. XV, 43. Arrian. Exp. Alex. M. II, 1. 1. Chariton. VIII, 5. Xen. Mem. II, 9. 8. III, 5. 8. Anab. I,

10. 11. Symp. IV, 23.) cf. *Fischer* l. l. p. 124. *Matthiae* §. 574. p. 1132. *Winer* p. 166. *Winer* Spec. l. l.

III) metaphor. *de origine, Ableitung, Abkunft, Ursprung*, ubi Lat.: *e, ex, a, auctore*, nos: *von, durch*. cf. *Schulz* die Parab. v. Verw. p. 79. [in quibus, si apud Graecos legitur saepenumero genit. simplex, vid. Hom. Iliad. XXI, 209. Xen. Anab. II, 2. 3. Cyr. I, 2. 1., neque a, N. T. absunt huius constructionis exempla cf. 2 Cor. IV, 7. 1 Thess. V, 5. 8.] 1) universe i. e. de personarum et rerum origine a) ἐκ sq. genit. *personae*, e qua ortum ducit aliquis vel aliquid aa) propr. α) universe Matth. I, 20 τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεγεννημένον ἐκ πνεύματός ἐστιν ἁγίου. XXI, 25. 26. Marc. XI, 30. 32. Luc. XX, 4. 6. — Matth. V, 37. Act. V, 38. 39. Rom. II, 29. XI, 36. 1 Cor. VIII, 6. XI, 12. 2 Cor. III, 5 bis. IV, 7. V, 8. — Rom. XII, 18. τὸ ἐξ ὑμῶν i. e. *quantum vobis auctoribus* vel *per vos fieri potest.* (ἐξ ἐμέθεν Hom. Iliad. I, 525.) Cf. *Matthiae* §. 283. p. 572. coll. *Porson.* ad Eurip. Orest. v. 1338. — 1 Cor. I, 30. Hebr. II, 11. Joh. VII, 22 bis. 1 Joh. IV, 7. — Joh. I, 13. οὐκ ἐκ θελήματος — ἐγεννήθησαν. — III, 25. ἐγένετο ζήτησις ἐκ [= *exiens a*] τῶν μαθητῶν. Cf. *Lücke* I. p. 619. — Apoc. II, 9. βλασφημία ἔκ τινος i. e. *profecta a*. — Joh. III, 6 bis. v. 8. — (Eurip. Phoen. v. 382. Xen. Anab. I, 2. 7.) — — β) = *e medio alicuius* Joh. IV, 22. — bb) ita, *ut circumscribat adiectiv.* τὸ πνεῦμα τὸ ἐκ θεοῦ 1 Cor. II, 12. — Tit. II, 8. Cf. *Winer* p. 166. *Fischer* l. l. p. 123. — cc) sq. pron. personali *circumscribit pronom. possess.* ἡ ἐξ ὑμῶν ἀγάπη 2 Cor. VIII, 7. — IX, 2. Ita מִן Job. VI, 25. cf. *Gesen.* p. 674. — dd) post vv. passiva et neutra = ὑπό c. *genit.* ubi Latini *a, ab*, nos: *von, an, durch*, ita post ὠφελεῖσθαι Matth. XV, 5 et Marc. VII, 11. λυπεῖσθαι 2 Cor. II, 2. εὐχαριστηθῆναι I. 11. ἐπιστολὴ — ἐξ ὑμῶν συστατική III, 1. ζημιοῦσθαι VII, 9. ἔχειν τι ἔκ τινος Rom. XIII, 3. 1 Cor. VII, 7. (sq. ὑπό τινος Xen. Mem. III, 4. 11. Anab. VII, 6. 33.) — αὔξησιν ποιεῖσθαι vel αὔξειν Eph. IV, 16. Col. II, 19. συνέχεσθαι Phil. I, 23. — δίδομαι Joh. VI, 65. minus plene ἡ ἐκ θεοῦ sc. δοθεῖσα Phil. III, 9. — sq. genit. rei, ut κεκοπιακὼς ἐκ τῆς ὁδοιπορίας Joh. IV, 6. ἀδικοῦμαι Apoc. II, 11. ἀποθνήσκω VIII, 11. ἀπεκτάνθην IX, 18. πλουτέω et πλουτίζω XVIII, 3. 19. πυροῦμαι III, 18. σκοτίζομαι IX, 2. φωτίζομαι XVIII, 1. (Aelian. V. H. I, 2. XII, 59. Lucian. Dial. Mort. XXVII, 9. Arrian. exp. Alex. M. II, 6. 9. Diod. Sic. XVI, 65. Isaeus p. 9. Herodot. II, 148. III, 29. Xen. Symp. VII, 6.) cf. *Matthiae* §. 574. p. 1135. *Buttm.* §. 121, 3. *Fischer* l. l. p. 119. *Herm.* ad Vig. p. 857.

b) sq. gen. *loci*, unde ortum habet aliquis vel aliquid aa) universe Matth. XXI, 25 bis. Marc. XI, 30. 31. Luc. XX, 4. 5. — Luc. X, 11. 1 Cor. XV, 46 bis. Joh. I, 47. III, 31. — X, 16. ἐκ τῆς αὐλῆς ταύτης trop. pro: *ex hoc populo oriundi.* — bb) ita,

ut circumscribat adiectivum, ut τὸ ἐξ οὐρανοῦ 2 Cor. V, 2. (Lucian. Dial. Mort. XXVII, 9. Soph. Electr. v. 649. Herodot. I, 56.)

c) sq. gen. *rei* Matth. XXI, 19. — Apoc. XV, 8. καπνὸς ἐκ τῆς δόξης τοῦ θεοῦ i. e. fumus = *nubes exiens a splendore vel luce Dei*, coll. Jes. VI, 4. et *Gesen.* Jesaias Vol. I. p. 260. — XV, 2. οἱ νικῶντες ἐκ τοῦ θηρίου i. e. *ii, qui victoriam tulerunt natam e pugna contra animal.* Vide de h. l. supra sub I. 1. a. — minus plene i. e. abest γενόμενος vel γεννηθείς Marc. XI, 14. 1 Thess. II, 6. Apoc. XV, 8.

2) de origine *status* vel *conditionis*, qua est aliquis, sq. genit. pers. Matth. I, 18. ἐν γαστρὶ ἔχουσα ἐκ πνεύματος ἁγίου. — Rom. IX, 10.

3) de *personarum* originibus i. e. *de natalibus alicuius* A) proprie a) sq. genit. *staminum* vel *seminis*, e quo natus est aliquis aa) proprie, ut ἐκ τῶν λίθων τούτων ἐγεῖραι τέκνα Matth. III, 9 et Luc. III, 8. — Act. XVII, 26. 1 Petr. I, 22. Joh. I, 13. III, 6. — ἐκ γυναικός = *ex ossibus feminae* 1 Cor. XI, 8. ἐκ τοῦ ἀνδρός = *e costa viri* v. 12. Vide de hh. ll. etiam infra sub III 7. d. — bb) metonym. ἐκ σπέρματός τινος pro: *e genere* vel *familia alicuius* Joh. VII, 42. Rom. I, 3. XI, 1. 2 Tim. II, 7. (ita εἶναι ἔκ τινος γένος Hom. Iliad. V, 896. Sophocl. Aiac. v. 1207. et de acc. absol. γένος *Herm.* ad h. l.) — b) sq. genit. *matris*, e qua natus est aliquis Matth. I, 3. 5 bis. 6. 16. Gal. IV, 4. 22. 23. (Arrian. exp. Alex. M. II, 16. 2.) — c) sq. gen. *generis*, *familiae*, *tribus*, *gentis*, *populi*, e quibus oriundus est aliquis aa) universe Luc. I, 5. ἡ γυνὴ αὐτοῦ ἐκ τῶν θυγατέρων ἀαρών. v. 27. II, 5. Act. IV, 6. Phil. III, 5 bis. Rom. IX, 5. 24. Gal. II. 15. Apoc. IV, 5. V, 9. VII, 4 — 9. — Luc. II, 36. Act. XIII, 21. — Hebr. VII, 5. 14. — bb) ita, *ut circumscribat adiectiv.* ἀδελφοὶ οἱ ἐξ ἐθνῶν Act. XV, 23. Rom. IX, 6. — — d) sq. genit. *loci*, *urbis*, *ditionis*, e qua oriundus est aliquis aa) universe, ἀνήρ τις ἐκ τῆς πόλεως Luc. VIII, 27. — [II, 4.] XXIII, 7. Act. XXIII, 34. Joh. I, 19. 45. III, 31. IV, 7. 39. VII, 41. 52 bis. XI, 1. 55. — bb) ponitur genit. personae pro genit. civitatis ὁ ἐξ ὑμῶν = *popularis* vel *civis vester* Col. IV, 9. 12. — e) sq. genit. *conditionis*, in qua natus est et ex qua prodiit quasi aliquis Joh. VIII, 41. ἐκ πορνείας οὐ γεγεννήμεθα. — bb) praefixo artic. *circumscribit adiectiv.* οἱ ἐκ περιτομῆς πιστοί Act. X, 45. XI, 2. Rom. IV, 12. Gal. II, 12. Col. IV, 11. Tit. I, 10.

B) tropice: εἶναι vel γεννηθῆναι ἔκ τινος [filius sum alicuius, natus sum ex aliquo] a) de personis pro: *eandem cum aliquo sequor sentiendi, iudicandi, agendi rationem* et hactenus *carus et acceptus ei sum* aa) sq. genit. *personae*, ut ἐκ τοῦ θεοῦ Joh. VII, 17. VIII, 47 bis. 1 Joh. II, 16. 29. III. 9. 10. IV, 1 — 4. 6 bis. V, 1. 18 bis 19. 3 Joh. v. 11. — ἐκ

P. II. p. 123. ad Plat. Phaedon. c. 22. not. 2. *Matthiae* §. 574. p. 1132.

b) post vb. γενεαλογοῦμαι Hebr. VII, 6. ὁ — ἐξ αὐτῶν i. e. *ille vero, cuius genus non ducitur ex illis* sc. Israelitis. Cf. ad h. l. *Schulz* Brief an d. Hebr. p. 196. (Herodot. VI, 114.) cf. *Matthiae* §. 321, 5 fin. p. 629.

c) post vv., quae, ubi de re tota agitur, secum habent accus., ubi vero, quae dicuntur, ad partem tantum pertinent, c. genit. iunguntur, sequitur in N. T. [uti alias genit. simplex, Apoc. II, 17.] ἐκ c. genit. = τὶς ἔκ τινος, τὶ ἔκ τινος ubi nos: *einer von, einiges von*, cf. *Matthiae* §. 323. p. 631 sq. §. 326, 3. p. 634. *Fischer* ad Well. Vol. III. P. I. p. 355. *Fritzsche* IV Evv. I. p. 475. 733. coniectan. p. 36. *Winer* p. 70. 199. Lamb. Bos. p. 475 sq. ed. *Schäfer*. *Ewald* p. 600. *Winer* Spec. lex. hebr. p. 10. *Gesen.* p. 756. — aa) universe, ut ἀπολλύναι Joh. VI, 39. βάλλειν Apoc. II, 10. — Marc. XII, 44 et Luc. XXI, 4. ἐκ τοῦ περισσεύοντος αὐτοῖς ἔβαλον. Vide de hh. ll. etiam infra sub III. 7. b. bb. — διαδιδόναι Joh. VI, 11. διδόναι Matth. XXV, 8. 1 Joh. IV, 13. εὑρίσκειν 2 Joh. v. 4. λαμβάνειν Apoc. XVIII, 4. (ita Plut. vit. Cimon. c. 5.) — ἀποκτείνειν, σταυροῦν, μαστιγοῦν ἐξ αὐτῶν Matth. XXIII, 34. Luc. XI, 49. XXI, 16. — συνάγειν Matth. XIII, 47. — ὤμοσε — ἐκ καρποῦ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ [i. e. quendam ex posteris eius] καθίσαι Act. II, 30. coll. Ps. CXXXII, 11 et ibi LXX. — μετέχειν 1 Cor. X, 17. cf. *Matthiae* §. 326, 4. p. 635 med. — bb) post vv. *edendi, bibendi, fruendi.* Atticae structurae esse ἐσθίειν, πίνειν τινός, ubi partem tantum, non totum quid consumit aliquis, docent *Fischer* ad Well. Vol. III. P. I. p. 367. Greg. Corinth. p. 123. ed. *Schäfer*. *Buttm.* §. 119, 2. *Matthiae* §. 327, 4. p. 635. *Fritzsche* IV Evv. I. p. 519. *Winer* p. 81. — ἐσθίω 1 Cor. XI, 28. φαγεῖν Luc. XXII, 16. Joh. VI, 26. 50. 51. Apoc. II, 7. πίνω Matth. XXVI, 29. Marc. XIV, 25. Joh. IV, 13. 14. Apoc. XIV, 10. XVIII, 3.

d) post διδόναι τι, βάλλειν τι, ut Hebr. VII, 4. — Marc. XII, 44 coll. Luc. XXI, 4. ἐκ τῆς ὑστερήσεως αὐτῆς πάντα ἔβαλεν. Vide tamen de hh. ll. infra sub III. 7. b. bb. — In quibus si ponitur τὶ ἔκ τινος pro τί τινος, confer, quae habet de μετέχειν μέρος τινός *Matthiae* §. 325, not. 1. p. 633.

5) de *fonte*, e quo prodit vel proficiscitur aliquid; ita in locis, ubi agitur de notitia prodeunte ex aliqua re, ἠκούσαμεν — ἐκ τοῦ νόμου Joh. XII, 34. — Rom. II, 18. (Xen. Anab. VII, 7. 43.) — vel de sensibus ex animo prodeuntibus Marc. XII, 30. 33. Luc. X, 27. Eph. VI, 6 Col. III, 23. 1 Tim. I, 5. 2 Tim. II, 22. 1 Petr. I, 22. (Hom. Iliad. IX. 486. Xen. Anab. VII, 7. 43.) cf. *Matthiae* §. 574. p. 1134. *Passow* I, 426. — vel de agendi ratione ex animi indole bona vel mala prodeunte aa) uni-

verse Rom. XIV, 23. ὅτι οὐκ ἐκ πίστεως i. e. *non ex certa persuasione ortum est vescendi consilium.* Ibid. πᾶν δὲ ὃ οὐκ ἐκ πίστεως. Jac. IV, 1. (Hom. Iliad. VII, 111.) — bb) circumscribit adiectiv. 1 Thess. II, 3. — vel de effectibus ex agendi ratione certa prodeuntibus Rom. I, 17. IX, 30. X, 5. 6. Gal. VI, 8 bis. Phil. III, 9. 1 Tim. VI, 4. — vel universe, ut πᾶν ψεῦδος ἐκ τῆς ἀληθείας [i. e. *e vera doctrina*] οὐκ ἔστι 1 Joh. II, 21. Vide tamen de h. l. supra sub III. 3. B. b. — Luc. XII, 15. Act. XIX, 25. — γέμειν, πληροῦσθαι ἔκ τινος i. e. *refertum esse ita, ut aliquid plenum fecerit aliquam rem* Matth. XXIII, 25. Joh. XII, 3.

6) de *causa et auctore*, *Ursache*, *Veranlassung*, ubi Latini *propter*, *prae*, *a*, *per*, nos: *von*, *vor*, *wegen*, a) de personis Joh. X, 32. XII, 49. XVIII, 3. Rom. IX, 11. 2 Cor. V, 1. XI, 26 bis. Gal. V, 8. Eph. II, 8. III, 15. (Diod. Sic. XVI, 61. Herodot. I, 16. VI, 2. VIII, 89. Xen. Symp. VIII, 5. Sophocl. Electr. v. 336.) cf. *Fischer* l. l. p. 118. *Herm.* ad Vig. p. 857. *Matthiae* l. l. p. 1133. — b) de rebus aa) universe, ut βλασφημεῖν τινα ἔκ τινος Apoc. XVI, 11 bis. v. 21. — VIII, 13. — δίκαιος ἐκ πίστεως i. e. qui propter fidem habetur δίκαιος Rom. I, 17. Gal. III, 11. Hebr. X, 38. — Rom. III, 20. 30. IV, 2. 16. V, 1. — ἐξ ἑνός sc. παραπτώματος Rom. V, 16 bis. IX, 11. 32. XI, 6. 2 Cor. XIII, 4 ter. Gal. II, 16 ter. III, 2 bis. v. 5 bis. v. 8. 18. 21. 22. 24. V, 5. Eph. II, 8. Tit. III, 5. 1 Petr. II, 12. Jac. II, 21. — v. 22. ἐκ τῶν ἔργων ἡ πίστις ἐτελειώθη i. e. *aus dem Hinzukommen der Werke ging die Vollendung des Vertrauens hervor.* v. 24 bis. v. 25. Ad haec Jacobi verba cf. quae habet lectu dignissima *Hase* Glaubenslehre Vol. I. p. 7 exeunt. — Act. XXVIII, 3. Apoc. XVI, 10. (Hom. Iliad. V, 865. IX, 566. Xen. Hier. VIII, 8. Mem. I, 2. 31. Anab. II, 5. 5.) cf. *Fischer* l. l. p. 119. — bb) τηρεῖν ἑαυτὸν ἔκ τινος = *cavere sibi ab aliqua re* Act. XV, 29. Cf. supra sub ἀπό p. 116. adnotata et de genit. simplici apud Graecos in talibus usitato *Matthiae* §. 368. p. 681. §. 348. p. 656 sq. it. de Hebr. מִן *Ewald* p. 599. *Gesen.* p. 817. — cc) *facit periphrasin adverbii* α) iunct. c. genit. adiectivi neutrius, ut ἐκ περισσοῦ i. e. *vehementer* Marc. XIV, 31. — una c. λίαν VI, 51. ἐκ συμφώνου [*ausgehend von wechselseitiger Uebereinkunft*] i. e *mutuo consensu* 1 Cor. VII, 5. — β) iunct. c. substant. ut ἐξ ἀνάγκης Hebr. VII, 12. — 2 Cor. VIII, 13. IX, 7. II, 17. Phil. I, 16. 17. cf. *Matthiae* §. 574. p. 1134. *Fischer* l. l. p. 124. *Bornem.* Epilog. Cyrop. p. 70 sq. *Winer* p. 166. *Passow* I. p. 426.

7) de *adminiculo*, e cuius usu prodit vel proficiscitur aliquid, ubi Lat. *e*, *ex*, *a*, *per*, nos: *von*, *mittelst*, *durch* a) universe, ut ἐσθίειν, ζῆν, φαγεῖν ἔκ τινος = βίον ἔχειν ἔκ τινος i. e. *victum sumere ex aliqua re* 1 Cor. IX, 7 bis. 13. 14. — ἐκ τοῦ θυσιαστηρίου i. e. *ex altaris ministerio* =

ἐκ θυσιῶν φαγεῖν Hebr. XIII, 10. Vide supra ἀπό p. 116. — φίλους ποιεῖν ἐκ Luc. XVI, 9. ad q. l. v. *Schulz* die Parab. v. Verw. p. 79. — χορτάζεσθαι Apoc. XIX, 21. ποτίζειν XIV, 8. μεθύειν it. μεθύσκεσθαι XVII, 2. 6. γεμίζειν VIII, 5. — Hebr. XI, 35. ἔλαβον γυναῖκες ἐξ ἀναστάσεως τοὺς νεκροὺς αὐτῶν i. e. *uxores vi resurrectionis receperunt mortuos suos.* Cf. ad h. l. *Böhme* p. 627. — Rom. I, 4. quem loc. alii ad II. 1. a. bb. referunt. — γεννηθῆναι [= ἄνωθεν γεννηθῆναι] ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος Joh. III, 5. — v. 6. 8. (Xen. Anab. IV, 2. 23. VI, 4. 9.) cf. *Matthiae* §. 574. p. 1133. coll. §. 396. p. 725 sq. Dionys. Hal. de comp. verb. p. 296. ed. *Schäfer.*

b) de *norma* et *lege*, e qua adhibenda fit aliquid vel prodit indicium de aliqua re, ubi Lat.: *e*, *secundum*, *ad*, *pro*, nos: *an*, *aus*, *nach* aa) universe, ita post γινώσκειν Matth. XII, 33. Luc. VI, 44. 1 Joh. III, 24. IV, 6. — δικαιοῦσθαι Matth. XII, 37. κρίνειν ἐκ τοῦ στόματος metonym. pro: ἐκ τῶν λόγων Luc. XIX, 22. Apoc. XX, 12. — λαλεῖν ἐκ τῆς γῆς = *ut convenit terrae*, *domicilio imperfectionis*, *imbecillitatis* i. e. *imperfecta*, *tenuia* Joh. III, 31. λαλεῖν ἐκ τῶν ἰδίων = *ex indole sua* VIII, 44. cf. *Lücke* II. p. 238. vel ἐκ τοῦ κόσμου = *ex indole huius aevi perversi* 1 Joh. IV, 5. Ita LXX et hebr. פִּי־עַל Num. XXVI, 56. (Aelian. V. H. I, 21. Xen. Cyr. II, 2. 21. Mem. I, 2. 57.) cf. *Fischer* l. l. p. 122. *Matthiae* l. l. p. 1134. — bb) ita, *ut circumscribat adverb.* ut ἐξ ἰσχύος *pro viribus* 1 Petr. IV, 11. — ἐκ τοῦ ἔχειν i. e. *pro facultatum rationibus* 2 Cor. VIII, 11. (cf. ἐκ τῶν δυνατῶν Xen. Anab. VI, 4. 9. et ἐκ τῶν ὑπαρχόντων IV, 2. 23.) — ἡ ἐκ φύσεως ἀκροβυστία = οἱ ἐκ φύσεως ἀκρόβυστοι i. e. *qui*, *si e naturae conditione spectaveris*, *praeputiati sunt* i. e. qui natalibus praeputiati sunt Rom. II, 27. — Marc. XII, 44. ἐκ τοῦ περισσεύοντος αὐτοῖς [i. e. *pro opibus suis* vel *pro facultatum rationibus*] ἔβαλον sc. pauca tantum Luc. XXI, 4. — Marc. XII, 44. ἐκ τῆς ὑστερήσεως αὐτῆς [i. e. *pro penuria sua*] πάντα — ἔβαλε Luc. XXI, 4. — ἐκ θεοῦ i. e. *ad normam a Deo suppeditatam* 2 Cor. II, 17. ἐξ ἰσότητος 2 Cor. VIII, 13. — ἐκ μέρους i. e. α) *ex parte* i. e. *si ex partibus fit aestimatio* = *singuli*, *einzeln genommen* 1 Cor. XII, 27. — β) metaph. pro: *imperfecte*, *stückweise* aa) universe, ut ἐκ μέρους — γινώσκομεν [propr. unsre Erkenntniss ist nur eine vom Einzelnen ausgehende] 1 Cor. XIII, 9 bis. v. 12. — ββ) praeced. artic. τὸ ἐκ μέρους circumscribitur substant. *imperfectio*, *das Unvollständige*, *das Mangelhafte* 1 Cor. XIII, 10. — ἐκ μέτρου = μετρίως Joh. III, 34. (Polyb. II, 46. Zosim. IV, 25. 6. Herodot. I, 191. VII, 204. Xen. Anab. VI, 2. 7. Thuc. III, 43. VI, 73 et 92.) cf. *Passow* I. p. 426. *Bornem.* Epilog. p. 70. *Fischer* l. l. p. 124. *Winer* p. 166. *Matthiae* l. l. p. 1134.

c) de *pretio*, ubi Lat. *ablativo*, nostrates: *um*, *für*, *utun-*

tur. Ita ἀγοράζω Matth. XXVII, 7. κτᾶσθαι Act. I, 18. συμφωνεῖν — ἐκ δηναρίου Matth. XX, 2. coll. v. 23. (Palaeph. fab. 46, 3 et 4.) De genit. simplici apud Graecos in talibus usitato cf. *Matthiae* §. 364. p. 678. *Fischer* ad Well. Vol. III. P. I. p. 378. *Buttm.* §. 119, 6. 3. *Winer* p. 80.

d) de *materia*, e qua conficitur vel prodit aliquid, ubi Latini: *e*, *ex*, nos: *von*, *aus* aa) sq. genit. materiei Matth. XXVII 29. Rom. IX, 21. — Eph. V, 30. q. l. Paulus ratione habita LXX Gen. II, 23. et huius loci verbis utens adumbrat intimam, quae est Jesum inter et cultores suos necessitudinem. — 2 Petr. III, 5. Hebr. XI, 3. Joh. II, 15. IX, 6. XIX, 1. Apoc. XVIII, 12. XXI, 21. (Herodian. VIII. 4. 27. Aelian. V. H. II, 41. Diod. Sic. I, 20 et 43. Lucian. Dial. Mort. XI, 5. Herodot. II, 96. Xen. Symp. VIII, 6.) cf. *Fischer* ad Well. Vol. III. P. I. p. 374. *Matthiae* §. 374, b. not. p. 688. — bb) sq. genit. *personae* = *ex ossibus alicuius* 1 Cor. XI, 8. 12. cf. LXX Gen. II, 21. 22.

IV) *pro* ἐν *positum videtur* 1) post κρέμαμαι, pendeo, ubi nos: *an*, Lat.: *e*, *de* Act. XXVIII, 4. (Xen. de re equest. X, 9. Mem. III, 10. 13. Symp. VIII, 19. — Hom. Odyss. XIX, 58. Ita ἐκκρέμαμαι ἔκ τινος LXX Gen. XLIV, 30.) In quibus, quod quae pendent de aliqua re, ex ea exire videntur, poni apud Graecos ἐκ, docent *Matthiae* §. 574. p. 1133. *Passow* I. p. 425. *Fischer* ad Plat. Phaedon. c. 22, not. 2) — 2) ubi praepositio refertur magis ad verbi significationem, quam ad id, quod cogitatur Matth. XXIV, 17. αἶρειν τὰ ἐκ τῆς οἰκίας. Marc. XIII, 15. — Luc. XI, 13. ὁ πατὴρ ὁ ἐξ οὐρανοῦ δώσει = ὁ πατὴρ ὁ ἐν οὐρανῷ δώσει ἐξ οὐρανοῦ. (Xen. Cyrop. VII. 2. 2. Anab. I, 2. 18.) cf. *Bornem.* ad Xen. Anab. l. l. *Heindorf* ad Plat. Phaedon. §. 57. *Poppo* Thucyd. I. p. 176. *Krüger* Dionys. p. 302. *Matthiae* §. 596. p. 1193 sq. *Buttm.* §. 138. I, 8. *Winer* p. 217. — De loco 2 Cor. II, 4. vid. supra sub I. 1. 9. adnotata. — Saepius non extat in N. T.

Ἕκαστος, η, ον, (ductum, ut videtur, ab adverb. ἑκάς, procul, fern, getrennt, für sich, unde comparat. ἑκάτερος, superlat. ἕκαστος cf. *Buttm.* §. 72, a. 4. gram. max. Vol. I. §. 78. p. 310. *Matthiae* §. 132. p. 255. *Passow* I. p. 426.] *quisque*, *singuli*, *jeder*, *ein jeder* a) universe aa) absolute α) universe Matth. XVIII, 35. XXV, 15. Marc. XIII, 34. Luc. VI, 44. Joh. VII, 53. XIX, 23. Act. III, 26. IV, 35. Rom. II, 6. XII, 3. XIV, 5. 1 Cor. III. 5. 10. 13. IV, 5. VII, 2. 7. 17 bis. v. 20. 24. [X, 24.] XI, 21. XII, 7. XV, 23. 2 Cor. V, 10. IX, 7. Gal. VI, 4. 5. Jac. I, 14. 1 Petr. I, 17. Apoc. XXII, 12. — β) auget vim vocabulorum distribuentium, καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν Hebr. III, 13. Apoc. XXII, 2. cf. *Passow* I. p. 427. — γ) sq. genit. partit. Matth. XXVI, 22. Luc. XIII, 15. Joh. VI, 7. Act. II, 38. Rom. XIV, 12. XV, 2. 1 Cor. XIV, 26. XV, 38. XVI, 2. 1 Thess. IV, 4. Hebr. VI, 11. cf. *Matthiae* §. 318. p. 625. — bb) praece-

dente εἷς vis eius augetur cf. *Passow* l. l. εἷς ἕκαστος, *unusquisque, jedweder* α) universe Act. XX, 31. Eph. IV, 16. Col. IV, 6. Apoc. XXI, 21. (Xen. Anab. VI, 6. 12.) — β) sq. genit. partit. Luc. IV, 40. XVI, 5. Act. II, 3. XVII, 27. XXI, 26. Eph. IV, 7. 1 Thess. II, 11. 2 Thess. I, 3. — γ) καθ' ἓν ἕκαστον Act. XXI, 29. — b) singularis iunctus legitur c. verbo plural. numeri aa) universe Joh. XVI, 32. Eph. IV, 25. Phil. II, 4. Hebr. VIII, 11. 1 Petr. IV, 10. Apoc. V, 8. XX, 13. Cf. *Matthiae* §. 302. p. 601 sq. *Passow* l. l. — bb) praefigitur εἷς Act. II, 6. — cc) sequitur genit. partit. Act. XI, 29. — c) appositionis loco [cf. *Matthiae* §. 302, not. p. 602. *Passow* l. l.] additur nomini plural. num. aa) absolute Luc. II, 3. ἐπορεύοντο πάντες — ἕκαστος εἰς τὴν ἰδίαν πόλιν. Act. II, 8. Eph. V, 33. Apoc. II, 23. — bb) praefixo εἷς 1 Cor. XII, 18.

Ἑκάστοτε, adv. *semper et ubique.* Semel in N. T. 2 Petr. I, 15. (Herodian. I, 17. 23. Xen. Sympos. I, 14.)

Ἑκατόν, οἱ, αἱ, τά, *centum* Matth. XIII, 8. Marc. IV, 8. ubi ex praeced. καρπόν addas cogitando κόκκους. Cf. *Fritzsche* IV Evv. I. p. 455. Luc. XV, 4. al.

Ἑκατονταέτης, ου, ὁ, (et ἑκατονταετής, οῦς, ὁ, cf. *Buttm.* §. 64, not. 2. gram. max. I. §. 55, not. 7*. p. 210. §. 71. p. 288. *Matthiae* §. 49, not. 3. p. 115. *Lobeck* ad Phryn. p. 407. ex ἑκατόν et ἔτος) *centenarius, centum annos habens.* Semel in N. T. Rom. IV, 19.

Ἑκατονπλασίων, ονος, ὁ, ἡ, *centaplus, centuplex.* Ter in N. T. Matth. XIX, 29. Marc. X, 30. Luc. VIII, 8. (Xen. Oec. II, 3.)

Ἑκατοντάρχης, ου, ὁ, (ab ἑκατόν et ἄρχω) *centurio, centum militum praefectus* Act. X, 1. 22. XXIV, 23. XXVII, 1. 31. (Herodian. V, 4. 12.) Matth. VIII, 13. cf. *Griesbach* N. T. Vol. I. p. 36. edit. *Schulz.* et de terminatione huius vocab. ἑκατοντάρχης et ἑκατόνταρχος *Bornem.* in *Rosenm.* Rep. Vol. II. p. 244 sq. ad Xen. Symp. I, 4. et in diss. de gemina Cyrop. et Maxim. Tyr. recensione p. 90. *Winer* p. 32.

Ἑκατόνταρχος, ου, ὁ, (ab ἑκατόν et ἄρχω) *centurio* Matth. VIII, 5. 8. 13. XXVII, 54. Luc. VII, 2. 6. XXIII, 47. Act. XXI, 32. XXII, 25. 26. XXVII, 6. 11. 43. XXVIII, 16. — genit. plur. XXIII, 17. 23. (Herodian. II, 13. 3. Xen. Cyr. V, 3. 41.)

Ἐκβαίνω, a. 2. ἐξέβην (ab ἐκ et βαίνω) *egredior.* Ita e codd. *Griesbach* Hebr. XI, 15.

Ἐκβάλλω, f. βαλῶ, a. 2. ἐξέβαλον, plusqpf. ἐκβεβλήκειν [Marc. XVI, 9. de plusqpf. absque augmento cf. *Winer* p. 37. 40. *Matthiae* §. 165. p. 301. *Buttm.* §. 76, not. 6. gram. max. Vol. I. §. 53, not. 9. p. 34. *Fischer* ad Well. Vol. II. p. 317. — ab ἐκ et βάλλω, iacio] 1) *eiicio* i. e. a) *auswerfen, hinauswerfen* aa) sq. εἰς c. acc. loci. Ita de rebus Matth. XV, 17. — Act. XXVII, 38. ἐκβαλλόμενοι τὸν σῖτον εἰς τὴν θάλ. i. e.

alimenta sua. De qua vi medii cf. *Buttm.* §. 122, 7. *Matthiae* §. 492, b. p. 924 sq. (Ceb. Tab. c. 14.) — de personis Matth. VIII, 12. XXII, 13. XXV, 30. — bb) addito: ἔξω, de personis, ut Joh. XII, 31. ἐκβληθήσεται ἔξω i. e. vel εἰς τὴν λίμνην τοῦ πυρὸς [coll. Apoc. XX, 10.] vel ἐκ τῆς ἀρχῆς = *vi sua privabitur* cf. *Lücke* II. p. 351. — De ἔξω ex abundanti addito cf. *Lobeck* ad Phryn. p. 10. *Winer* p. 202. coll. *Matthiae* §. 636. p. 1310. — cc) addito ἔξω c. gen. loci, ita de personis Matth. XXI, 39. Marc. XII, 8 et Luc. XX, 15. — Joh. IX, 34 35. cf. *Lücke* II. p. 267. — dd) absque notatione loci Luc. XX, 12. — — b) *austreiben, hinaustreiben, hinausweisen,* Lat. *expello, exire iubeo,* violentiae maioris, minoris, notione inclusa aa) de rebus α) propr. ut τὰ πρόβατα Joh. X, 4. — β) *eruendi* sens. *ausreissen* Marc. IX, 47. — γ) *reiiciendi* sens. ut τὸ ὄνομά τινος — ὡς πονηρόν pro: τινὰ ὡς πονηρόν Luc. VI, 22. [ita de histrionibus, qui exploduntur Aelian. V. H. XIII, 17. Dem. 449, 19. et universe pro: *verwerfen,* ut τοὺς λόγους Aelian. H. A. XI, 10. Plat. Criton. c. 6. ed. *Fischer.* Soph. Oed. Col. v. 637 vel 631.] — δ) pro: *alacriter perduco* vel *educo* sq. εἰς c. acc. rei, Matth. XII, 20. ἕως — κρίσιν trop. pro: *donec victoriam paraverit doctrinae verae.* — bb) de personis α) propr. αα) sq. ἐκ c. gen. loci Joh. II, 15. 3 Joh. v. 10. (sq. gen. simpl. Aelian. V. H. IX, 12. Herodian. VI, 1. 21. absolute de hominibus patria pulsis Xen. Anab. I, 1. 7.) — ββ) sq. ἔξω c. gen. loci Luc. IV, 29. Act. VII, 58. — γγ) addito ἔξω solo Luc. VIII, 54. Joh. VI, 37. Act. IX, 40. — Luc. XIII, 28. — δδ) addito ἀπό c. gen. loci, e quo [propr. aus und von einem Orte wegweisen] Act. XIII, 50. — ἀφ' ἧς = *e cuius corpore* Marc. XVI, 9. — εε) sq. ἐκ c. gen. loci Marc. VII, 25. — ζζ) absque mentione loci e contextu facile cognoscendi א) universe, ut τὸν ὄχλον Matth. IX, 25. τοὺς πωλοῦντας XXI, 12. Marc. XI, 16. Luc. XIX, 45. — Marc. I, 43. V, 40. Act. XVI, 37. Gal. IV, 30. — ב) τὰ δαιμόνια, τὰ πνεύματα [sc. ἔκ τινος i. e. e corpore alicuius, vid. ἐκ] Matth. VII, 22. VIII, 16. 31. IX, 33. 34. X, 1. 8. XII, 24. 26. 27. 28. XVII, 19. Marc. I, 34. 39. III, 15. 22. 23. VI, 13. IX, 18. 38. XVI, 17. Luc. IX, 40. 49. XI, 14. 15. 18. 19. 20. XIII, 32. — β) = *celeriter emitto,* sq. εἰς c. acc. loci Matth. IX, 38. Luc. X, 2. — γ) = ἐξάγω, sed fortius, sq. εἰς c. acc. loci Marc. I, 12. — δ) sensu mitiori, pro: *facio, ut evadat aliquis, hinauslassen,* sc. ἐκ τῆς πόλεως Jac. II, 25.

2) sensu mitiori i. e. exclusa violentiae notione: *eximo* i. e. a) *herausnehmen,* ubi Lat.: aa) *extraho* α) sq. ἀπό c. gen. rei Matth. VII, 4. De h. l. ἄφες, ἐκβάλω et 1 singul. in adhortat. cf. *Matthiae* §. 516. B. p. 983. et supra sub ἀφίημι p. 175. adnotata. — β) sq. ἐκ c. gen. Matth. VII, 5. Luc. VI, 42. — γ) absque mentione loci vel rei, e qua eximitur aliquid Luc. VI,

42 bis. — bb) *promo* = προφέρω Matth. XII, 35 bis et XIII, 52. — Luc. X, 35. — b) *ausnehmen* i. e. *nicht in eine Sache* z. B. in einen Riss, *aufnehmen*, sq. acc. rei et addito ἔξω Apoc. XI, 2. τὴν αὐλὴν τὴν ἔξωθεν τοῦ ναοῦ ἔκβαλε ἔξω = ἔκβαλε ἔξω τῆς μετρήσεως. Ita auctor ipse explicat, addens: καὶ μὴ αὐτὴν μετρήσῃς. De sententia eadem et affirmative et negative enuntiata cf. *Winer* p. 204 sq. et *Herm.* ad *Elmsl.* Eurip. Med. p. 361 ed. Lips. *Matthiae* §. 636. p. 1310 sq. *Jacob* Quaest. Lucian. ad Lucian. Toxar. p. 19.

Ἔκβασις, εως, ἡ, (ab ἐκ et βαίνω) *exitus* i. e. [egressus Polyb. IV, 64. 5. Hom. Odyss. V, 410.] *finis*. Bis in N. T. 1 Cor. X, 12. Hebr. XIII, 7. (de exitu belli Polyb. III, 7. 2. XXI, 8. 6.)

Ἐκβολή, ῆς, ἡ, (ab ἐκ et βάλλω iacio) *iactura* i. e. *eiectio mercium*, cum nautae, procella exorta, merces et onera eiiciendo navem levant. Semel in N. T. Act. XXVII, 18. (Dem. 926, 17. LXX Jon. I, 5.)

Ἐκγαμίζω, f. ίσω, (ab ἐκ et γαμίζω in matrimonium do) *nuptum do*, *ich verheirathe Jemanden aus dem Hause*, medium: *nubo*, *ich verheirathe mich aus der Familie* Matth. XXII, 30. XXIV, 38. Luc. XVII, 27. De lectione 1 Cor. VII, 38. vide *Griesb.*

Ἐκγαμίσκω, i. q. ἐκγαμίζω Luc. XX, 34. 35.

Ἔκγονα, ων, τά, (ab ἐκγίνομαι, orior vel nascor ex aliquo) *soboles*, *posteri*, [Xen. Cyr. III, 3. 19.] etiam *nepotes*. Ita semel in N. T. 1 Tim. V, 4. LXX pro בָּנִים Jes. XLIX, 15. נֶכֶד Deut. XIX, 10. צֶאֱצָאִים Jes. LXI, 9. (Pind. Nem. V, 12.)

Ἐκδαπανάω, ῶ, f. ήσω, (ab ἐκ intendente et δαπανάω sumtum facio) *consumo*, ἐκδαπανάομαι, ῶμαι *consumor* vel *me ipsum consumo*. Semel in N. T. 2 Cor. XII, 15. (Polyb. XVII, 11. 10.) cf. *Winer* p. 113. *Buttm.* §. 123. 3.

Ἐκδέχομαι, f. ξομαι, (ab ἐκ et δέχομαι accipio; accipio ab aliquo, tum excipio succedendi sens. Herodot. VI, 111. sustinendi sens. Herodian. VIII, 1. 6. legatos excipere Polyb. XXV, 4. 11. in N. T.) *expecto* a) seq. accus. Joh. V, 3. ἐκδεχομένων τὴν τοῦ ὕδατος κίνησιν. Act. XVII, 16. 1 Cor. XI, 33. XVI, 11. Hebr. X, 13. XI, 10. Jac. V, 7. (Polyb. III, 45 6. XX, 4. 5.) — b) absolute Hebr. X, 13. et e lect. vulg. 1 Petr. III, 20.

Ἔκδηλος, ον, ὁ, ἡ, (ab ἐκ et δῆλος) i. q. δῆλος, sed fortius: *evidens*, *manifestus*. Extat tantum 2 Tim. III, 9. (Homer. Iliad. V, 2. Polyb. III, 12. 4. 3 Marc. III. 19.)

Ἐκδημέω, ῶ, f. ήσω, (ab ἐκ et δῆμος populus, pp. a populo meo discedo, ita ἔκδημος Xen. Cyr. VIII, 5. 26.) 1) *discedo* vel *migro*, ἐκ τοῦ σώματος e corpore meo = *morior* 2 Cor. V, 8. — 2) *absum* 2 Cor. V, 6. — ἀπό τινος v. 9.

Ἐκδίδωμι, f. ἐκδώσω, (ab ἐκ et δίδωμι, do; dedo Xen. Anab. VI, 6 vel 4. 18.) *eloco*, *verpachten*. Ita quater in N. T.

Matth. XXI, 33. 41. Marc. XII, 1. Luc. XX, 9. (Polyb. VI, 17. 2. Aelian. V. H. XIV, 15. Plat. de legg. VIII. γεωργίαι — ἐκδεδομέναι δούλοις.)

Ἐκδιηγέομαι, οῦμαι, f. ήσομαι, (ab ἐκ et διηγέομαι narro, pp. totam rem enarro) *enarro, expono.* Bis in N. T. Act. XIII, 41. XV, 3. LXX pro סִפֵּר Habac. I, 5.

Ἐκδικέω, ῶ, f. ήσω, (ab ἔκδικος q. v.) 1) *vindico, causam eius agendo tueor aliquem, Recht schaffen* a) sq. acc. pers.: *Jemandem Recht schaffen* aa) universe Luc. XVIII, 5. (1 Macc. VI, 22.) — bb) ἐκδικῶ ἐμαυτόν, *ich schaffe mir selbst Recht* = *ulciscor, ich räche mich* Rom. XII, 19. Cf. *Winer* p. 111, 6. a. *Buttm.* §. 122, 2. *Matthiae* §. 491, a. p. 923. — b) sq. acc. pers. et ἀπό τινος *causam eius agendo tueor vel libero aliquem ab aliquo* Luc. XVIII, 3. Ita LXX κρίνειν τινὰ ἔκ τινος pro שָׁפַט מִיַּד 1 Sam. XIV, 16. 2 Sam. XVIII, 19. 31. Cf. *Gesen.* hebr. Wörterb. sub שָׁפַט et *Winer* p. 104. — 2) *ulciscor, ich räche, ahnde etwas, punio* a) sq. acc. rei, ut παρακοήν 2 Cor. X, 6. Ita LXX et פָּקַד 1 Sam. XV, 2. Amos. III, 14. (τὸν φόνον Herodian. II, 6. 13. τὸ ἐκδικούμενον i. e. tempus poenarum repetendarum Dem. 801, 24. — sq. acc. pers. Jos. Ant. VI, 13. 8.) — b) τὶ ἀπό τινος, it. τὶ ἐκ χειρός τινος = *ulciscor et reposco aliquid ab aliquo* i. e. *poenam alicuius rei repeto ab aliquo* Apoc. VI, 10. XIX, 2. Ita LXX et hebr. נָקַם sq. מִיַּד 2 Regg. IX, 7. דָּרַשׁ sq. מִיַּד Gen. IX, 6. Ez. XXXIII, 6. Cf. *Ewald* p. 598. *Gesen.* p. 817. (Cicer. pro Rosc. Amer. c. 24. *patrum poenas repetere.*) — Saepius non extat in N. T.

Ἐκδίκησις, εως, ἡ, (ab ἔκδικος q. v.) 1) *vindicatio*, τὸ ἐκδικεῖν, *das Strafen, Rächen* a) universe Rom. XII, 19. 2 Cor. VII, 11. Hebr. X, 30. — b) ἐκδίκησιν ποιέω = ἐκδικέω, *vindico, ich schaffe Recht* aa) sq. gen. personae, quam vindico Luc. XVIII, 7. 8. (ἐκδ. ποιεῖσθαι Polyb. III, 8. 10.) — bb) sq. dat. personae Act. VII, 24. de quo dat. commodi cf. *Matthiae* §. 394. p. 721. — 2) *vindicta, poena, Rache, Strafe* Luc. XXI, 22. — 1 Petr. II, 14. εἰς ἐκδίκησίν τινος i. e. *ad puniendum aliquem.* — δίδωμι ἐκδίκησίν τινι, *poenam repeto ab aliquo, punio aliquem* 2 Thess. I, 8. Ita LXX pro hebr. נָתַן נְקָמָה Ezech. XXV, 14. Saepius non habetur in N. T.

Ἔκδικος, ου, ὁ, ἡ, *ultor, vindex.* Bis in N. T. Rom. XIII, 4. — sq. περί τινος 1 Thess. IV, 6. LXX pro מִתְנַקֵּם Ps. VIII, 3. (Siracid. XXX, 6. Aristaenet. I, 27.)

Ἐκδιώκω, f. διώξω, (expello) *infesto, vexo* (ab ἐκ et διώκω). Bis in N. T. Luc. XI, 49. 1 Thess. II, 15. LXX pro רָדַף Ps. CXIX, 157. הִרְחִיק Joel. II, 20. הִבְרִיחַ 1 Chron. VIII, 13. (Siracid. XXX, 19.)

Ἔκδοτος, ου, ὁ, ἡ, (ab ἐκδίδωμι) *deditus*, *traditus*. Legitur tantum Act. II, 23. — (Joseph. Arch. VI, 13. 9. Polyb. III, 20. 8. Herodot. VI, 85.)

Ἐκδοχή, ῆς, ἡ, (ab ἐκδέχομαι excipio, expecto) *expectatio* Hebr. X, 27.

Ἐκδύω, f. ύσω, (exeo, ut μεγάροιο, Hom. Odyss. in N. T.) *exuo*, *ausziehen* [Xen. Cyr. I, 3. 17. Polyb. XV, 27. 9.] a) propr. aa) sq. dupl. acc. Matth. XXVII, 31. Marc. XV, 20. cf. *Fischer* ad Well. Vol. III. P. I. p. 435. *Matthiae* §. 418, g. p. 766. *Buttm.* §. 122, 4. *Winer* p. 88. — bb) sq. acc. pers. ἐκδύσαντες αὐτὸν i. e. *cum exuissent eum vestimenta, quibus indutus esset* Matth. XXVII, 28. Luc. X, 30 — b) metaph. pro: *corpus depono*, med. *corpus, quo nunc circumdor, depono, ich lege meine irdische Hülle ab* 2 Cor. V, 4. et e lect. vulg. v. 3. Vide *Griesb.* ad h. l. — De qua vi medii cf. *Buttm.* l. l. *Matthiae* §. 492, b. p. 924. Quodsi alii a. 1. med. h. l. passive dici putant, perrara esse huius usus exempla, docent *Buttm.* §. 123, 4. *Matthiae* §. 496, 8. p. 935. *Schäfer* ad poet. gnom. p. 166. *Lobeck* ad Phryn. p. 319. *Bornem.* ad Xen. Anab. VII, 7. 26. Cf. etiam *Winer* p. 110.

Ἐκεῖ, adv. loci 1) *ibi, illic, da, daselbst, dort* a) proprie i. e. de commoratione in loco aa) universe Matth. II, 13. 15. V, 24. VIII, 12. XII, 45. XIII, 42. 58. XIV, 23. XV, 29. XIX, 2. XXI, 17. XXII, 11. XXIV, 51. XXVII, 36. 47. 55. 61. XXVIII, 7. Marc. II, 6. III, 1. V, 11. VI, 5. XI, 5. XIII, 21. XIV, 15. XVI, 7. Luc. II, 6. VI, 6. VIII, 32. IX, 4. X, 6. XI, 26. XV, 23. XVII, 23. XXI, 2. XXII, 12. XXIII, 33. Joh. II, 1. 6. 12. III, 22. 23. IV, 6. V, 5. VI, 3. 22. 24. X, 40. 42. XI, 15. 31. XII, 2. 9.
[redacted]

XIII, 4 et אֲשֶׁר שָׁמָּה. Cf. quae de *αὐτός*, praecedente *ὅς* supra p. 170. observata sunt et *Matthiae* §. 472, 3. p. 881 sq.

b) per attract. *ἐκεῖ* legitur, ubi *ἐκεῖσε*, *illuc*, *dorthin*, poni potuisse videtur. Ita post *ἀπέρχεσθαι* = *ἀπέρχεσθαι ἐκεῖσε καὶ εἶναι ἐκεῖ* Matth. II, 22. XXVI, 36. post *ἔρχεσθαι* Joh. XVIII, 3. *προπεμφθῆναι* Rom. XV, 24. *συνάγειν* Luc. XII, 18. *ὑπάγειν* Joh. XI. 8. — Ita שָׁם Deut. I, 37. (post *ἀφικνεῖσθαι* Herodian. IV, 8. 9. *ἔρχεσθαι* Herodot. I, 121. *φεύγειν* Xen. H. G. I, 2. 6.) LXX pro שָׁמָּה Gen. XX, 13. 1 Sam. II, 3. 2 Sam. XVII, 18.

c) per attract. ubi *ὧδε*, *huc*, poni potuisse videtur Matth. XVII, 20. Cf. ad h. l. *Fritzsche* IV Evv. I. p. 560. et de utroque attractionis genere *Herm.* ad Vig. p. 790. 907. ad Soph. Antig. v. 517. Trachin. v. 1006. *Elmsley* ad Eurip. Heraclid. v. 46. *Seidler* ad Eurip. Iphig. Taur. v. 113. p. 207 ed. *Markland.* Lips. *Buttm.* ad Sophocl. Philoct. v. 481. *Lobeck* ad Phryn. p. 43. 128. *Bornem.* in *Rosenm.* Rep. II. p. 251. *Winer* p. 170 sq. *Fritzsche* l. l. p. 102. — — d) abest *ἐκεῖ* Act. XIV, 28.

2) de tempore: *tum*, sq. *ὅταν* Luc. XIII, 28. Ita שָׁם Ps. XIV, 5. (Xen. Cyr. III, 3. 22.)

'Ἐκεῖθεν, adv. loci, *inde*, *illinc*, *von da*, *von daher* aa) universe Matth. IV, 21. V, 26. IX, 9. 27. XI, 1. XII, 9. 15. XIII, 53. XIV, 13. XV, 21. 29. XIX, 15. Marc. I, 19. VI, 1. 10. 11. VII, 24. IX, 30. Luc. IX, 4. XII, 59. Joh. IV, 43. XI, 54. Act. XIII, 4. XVI, 12. XVIII, 7. XX, 13. — LXX pro מִשָּׁם Gen. XX, 10 (Lucian. D. D. XXIV, 3. Xen. Anab. V, 6. 24) — b) praeced. art. *οἱ ἐκεῖθεν*, *die von dort* sc. *herüber Wollenden* Luc. XVI, 26. (Eurip. Hecub. v. 719 ed. *Porson.* et ad h. l. *Schäfer.*)

'Ἐκεῖνος, η, ο, pronom. adiect. vel demonstrat.: *ille*, *a*, *ud*, *is*, *ea*, *id*, *jener*, *der da*, *der dort* (ab *ἐκεῖ*, ibi). Refertur in N. T. a) ad remotius, ubi nos: *jener*, Lat.: *ille* aa) universe, *ὑμῖν δέδοται γνῶναι τὰ μυστήρια τῆς βασιλείας τ. οὐρ., ἐκείνοις δὲ οὐ δέδοται* Matth. XIII, 11 et Marc. IV, 11. — Matth. XVIII, 32. Marc. XVI. 20. Joh V, 35. 38. 46. 47. IX, 9. 12. XIII, 25. 27. 30. Act. XXI 6. 1 Cor. IX, 25. 2 Tim. II, 13. III, 9. Tit. III 7. Hebr. XII, 25. (Lucian. Dial. Mort. XIV, 9. Xen. Cyr. I, 4. 19. Anab. IV, 1. 21 et 29.) — bb) ubi *οὗτος* ad proximum, *ἐκεῖνος* ad remotius spectat Luc. XVIII, 14. — in formula *ποιήσωμεν τοῦτο ἢ ἐκεῖνο* Jac. IV, 15. — cc) per appositionem accuratius definitur, quorsum spectet *ἐκεῖνος* Luc. XIII, 4 *ἐκεῖνοι οἱ δέκα καὶ ὀκτώ* i. e. *jene*, ich meine *die achtzehn*, XIX, 27. Joh. XVI, 13. Marc. XII, 7. Cf. de *ἐκεῖνος* ad remotius pertinente *Matthiae* §. 471, 10. p. 874.

b) ad propinquius pertinet cf. *Fischer* ad Weller. Vol. I. p. 329. *Herm.* ad Soph. Aiac. v. 1018. *Bornem.* ad Xen. Symp.

II, 25. Anab. IV, 3. 20. *Matthiae* l. l. *Wolf* ad Dem. Leptin. p. 282. *Schäfer* ind. ad Dem. p. 195. *Passow* I. p. 431. Ita legitur aa) universe Matth. XVII, 27. εὑρήσεις στατῆρα· ἐκεῖνον λαβὼν δός. (Xen. Anab. IV, 3. 20. Symp. II, 25. VIII, 4. Ita *ille* ad proximum, *hic* ad remotius pertinet Ovid. Trist. I, 2. 23. Propert. III, 14 vel 12, 17.)

bb) additur nomini, ut personam vel rem, de qua agitur, accuratius ab aliis distinguat α) universe Matth. VII, 25. προσέπεσον τῇ οἰκίᾳ ἐκείνῃ sc. quam rupi impositam esse modo dixi, v. 27. — VIII, 28. ὥςτε — διὰ τῆς ὁδοῦ ἐκείνης sc. in cuius vicinia versarentur οἱ δαιμονιζόμενοι. X, 14. ἐξερχόμενοι — τῆς πόλεως ἐκείνης sc. quae indigne vos tractat, v. 15. XII, 45. XV, 22. XVIII, 27. 28. XXI. 40. XXII, 7 bis. XXIV, 22. 29. 46. 48. 50. XXV, 7. 19. — XXVI, 24 bis et Marc. XIV, 21 bis; item Luc. XXII, 22. — Marc. III, 24. 25. XIII, 19. 32. XVI, 10. 13. Luc. IX, 5. X, 31. XI, 26. XII, 43. 45. 46. XIV, 24. XV, 14. 15. XVII, 9. XVIII, 3. Joh. I, 8. 40. IV, 25. 39. V, 19. 39. VII, 45. VIII, 44. IX, 36. XI, 29. 49. 51. XIII, 6. XVI, 8. 14. XVIII, 15. XIX, 31. XX, 19. τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων. XXI, 7. Act. I, 19. III. 13. 23. VIII, 8. XIII, 6. XIV, 21. XVI, 3. 33. ἐν τῇ ἐκείνῃ ὥρᾳ τῆς νυκτός i. e. *illa noctis hora* sc. qua extiterat terrae motus. XIX, 16. XXVIII, 7. Rom. VI, 21. Hebr. IV, 2. VI, 7. VIII, 7. — Jac. I, 7. ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος sc. quem modo significavi, ὁ διακρινόμενος. (Xen. Anab. I, 7. 18.) — β) in formulis ad temporis, quo acciderunt vel eventura sunt, quae in sqq. narrantur, notationem nunc definitam, nunc minus definitam pertinentibus, ut αα) ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν ἐκείνων, ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις, ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ, ἐν τῇ ὥρᾳ ἐκείνῃ, ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ i. e. *illo tempore, zu der Zeit* vel: *um diese Zeit* Matth. III, 1. ad q. l. cf. *Fritzsche* IV Evv. I. p. 106. — Luc. IV, 2. IX, 36. Apoc. IX, 6. — Matth. XIII, 1. — XXII, 23. Marc. II, 20. IV, 35. Luc. VI, 23. XVII, 31. Joh. XIV, 20. XVI, 23. — Luc. XX, 1. — Matth. XXIV, 19. Marc. I, 9. XIII, 17. — Matth. XVIII, 1. Marc. XIII, 11. Apoc. XI, 13. — Matth. VIII, 13. cf. *Fritzsche* l. l. p. 315. — Matth. XI, 25. XII. 1. Eph. II, 12. — ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ *illo die* Joh. V, 9. — ββ) κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρόν vel κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον, *illo tempore*, *während dieser Zeit* Act. XII, 1. XIX, 23. — γγ) ἀπὸ τῆς ὥρας ἐκείνης vel ἀπ' ἐκείνης τῆς ἡμέρας i. e. *ex illo tempore*, sc. quo facta sunt, quae ante enarrantur Matth. XV, 28. IX, 22. XVII, 18. — vel: *ab illo inde die* sc. quo acta haec sunt Matth. XXII. 46.

cc) ut nostrum: *das*, *der*, cum emphasi ponitur ἐκεῖνος α) universe Rom. XIV, 14. ἐκείνῳ κοινόν sc. ἐστί. — β) post, item ante participia praefixum habentia articulum, ut Marc. VII,

15. τὰ ἐκπορευόμενα ἀπ' αὐτοῦ, ἐκεῖνά ἐστι τὰ κοινοῦντα τὸν ἄνθρωπον i. e. *das ists, was den Menschen unrein macht.* v. 20. Luc. XII, 47. Joh. I, 18. 33. V, 11. IX, 37. (Eurip. Phoen. v. 545. Xen. Cyr. VI, 1. 17. VI, 2. 33.) cf. *Fischer* ad Well. Vol. II. p. 241. *Matthiae* §. 472, 2. p. 877. — γ) ubi praecedit vel sequitur ὅς personam vel rem accuratius definiens Joh. XIII, 26. ἐκεῖνός ἐστιν, ᾧ ἐγὼ βάψας τὸ ψωμίον ἐπιδώσω. XIV, 26. XV, 26. Rom. XIV, 15. Cf. *Fischer* l. l. p. 235 sq. — δ) ubi de personis vel rebus celebratis, claris, notis agitur, ut αα) de Jesu Joh. II, 21. ἐκεῖνος δέ = *Er aber* sc. *der Herr, der Meister.* 1 Joh. III, 3. 5. 7. — 2 Tim. II, 13. hunc locum alii ad supra sub a. aa. allegata referunt. — 2 Petr. I, 16. — Joh. VII, 11. ποῦ ἐστιν ἐκεῖνος; *Er, der soviel Aufsehen und Erstaunen Erregende, Er, dessen Name in Jedermanns Munde ist.* — Matth. XXVII, 63. ἐκεῖνος ὁ πλάνος. (Aelian. V. H. II, 11 et 14. III, 23. Dem. 308, 18.) cf. *Passow* I. p. 431. *Schäfer* ind. ad Dem. p. 195. — ββ) de rebus, ut de temporibus Messianis i. e. de tempore, quo Messias ad regnum suum inaugurandum, ad iudicium habendum et ad cultores suos beandos redibit, ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ Matth. VII, 22 et Luc. X, 12. coll. Matth. X, 15. — Matth. XXVI, 29. Act. II, 18. 2 Thess. I, 10. 2 Tim. I, 12. 18. Apoc. XVI, 14. Cf. *Bertholdt* Christol. Judaeorum Jesu et Apostolorum aetate p. 206 sqq. (Lucian. D. Mort. XI, 1. XIV, 9.) — ε) neutr. ἐκεῖνο sententiam sequentem praeparat, sq. ὅτι Matth. XXIV, 43. (Xen. Cyr. III, 1. 3 et 21.) cf. *Matthiae* §. 472, 2. b. not. p. 880.

dd) genit. ἐκείνης, adverbialiter = ἐκεῖ vel ἐκείνης ὁδοῦ Luc. XIX, 4. ubi text. vulg. δι' ἐκείνης cf. *Griesb.* ad h. l. ed. *Schulz* et de genit. simplici, ubi quaeritur: ubi? *Matthiae* §. 377, 1. p. 691. coll. §. 496. p. 908. *Fischer* ad Well. Vol. III. P. I. p. 259 sq. Lamb. Bos. de ellips. p. 333 ed. *Schäfer.*

Ἐκεῖσε, adv. loci: *illuc, illic.* Bis legitur in N. T. Act. XXI, 3. cf. ad h. l. supra sub ἀποφορτίζομαι p. 138. adnotata. — XXII, 5. q. l. cum ἐκεῖ permutatur. LXX pro מִשָּׁם Job. XXXIX, 29. (Xen. Mem. III, 13. 5.)

Ἐκζητέω, ῶ, f. ήσω, (ab ἐκ et ζητέω quaero) *exquiro* i. e. *studiose et diligenter quaero, aufsuchen, aussuchen* [propr. LXX Ezech. XXXIV, 11. 12. XXXIX, 14.] metaph. a) pro: *investigo, diligenter perscrutor,* sq. περί τινος 1 Petr. I, 10. Ita LXX Jes. VIII, 19. ἐκζητεῖν τοὺς νεκροὺς περὶ τῶν ζώντων, et sq. acc. pro חָקַר Ps. XLIV, 22. (Cicer. pro reg. Deiot. c. 15. exquire de Blesamio, numquid ad regem contra dignitatem tuam scripserit.) — b) pro: *posco, reposco, flagito* aa) sq. acc. rei, ut εὐλογίαν Hebr. XII, 17. Ita LXX pro דָּרַשׁ Deut. XXIII, 21. (exquiro aliquid Cicer. ad Attic. VII, 18.) — bb) τὸ αἷμά τινος ἀπό τινος, *reposco sanguinem vel*

Ἔκδοτος, ου, ὁ, ἡ, (ab ἐκδίδωμι) *deditus*, *traditus*. Legitur tantum Act. II, 23. — (Joseph. Arch. VI, 13. 9. Polyb. III, 20. 8. Herodot. VI, 85.)

Ἐκδοχή, ῆς, ἡ, (ab ἐκδέχομαι excipio, expecto) *expectatio* Hebr. X, 27.

Ἐκδύω, f. ύσω, (exeo, ut μεγάροιο, Hom. Odyss. in N. T.) *exuo*, *ausziehen* [Xen. Cyr. I, 3. 17. Polyb. XV, 27. 9.] a) propr. aa) sq. dupl. acc. Matth. XXVII, 31. Marc. XV, 20. cf. *Fischer* ad Well. Vol. III. P. I. p. 435. *Matthiae* §. 418, g. p. 766. *Buttm.* §. 122, 4. *Winer* p. 88. — bb) sq. acc. pers. ἐκδύσαντες αὐτὸν i. e. *cum exuissent eum vestimenta, quibus indutus esset* Matth. XXVII, 28. Luc. X, 30 — b) metaph. pro: *corpus depono*, med. *corpus, quo nunc circumdor, depono, ich lege meine irdische Hülle ab* 2 Cor. V, 4. et e lect. vulg. v. 3. Vide *Griesb.* ad h. l. — De qua vi medii cf. *Buttm.* l. l. *Matthiae* §. 492, b. p. 924. Quodsi alii a. 1. med. h l. passive dici putant, perrara esse huius usus exempla, docent *Buttm.* §. 123, 4. *Matthiae* §. 496, 8. p. 935. *Schäfer* ad poet. gno r. p. 166. *Lobeck* ad Phryn. p. 319. *Bornem.* ad Xen. Anab. VII, 7. 26. Cf. etiam *Winer* p. 110.

Ἐκεῖ, adv. loci 1) *ibi, illic, da, daselbst, dort* a) proprie i. e. de commoratione in loco aa) universe Matth II, 13. 15. V, 24. VIII, 12. XII, 45. XIII, 42. 58. XIV, 23. XV, 29. XIX, 2. XXI, 17. XXII, 11. XXIV, 51. XXVII 36. 47. 55. 61. XXVIII, 7. Marc. II, 6. III, 1. V, 11. VI, 5 XI. 5 XIII, 21 XIV, 15. XVI 7. Luc. II, 6. VI, 6. VIII, 32. IX, 4 X. 6 XI, 26. XV. 23. XVII, 23. XXI. 2 XXII, 12. XXIII, 33. Joh. II 1. 6. 12 III, 22. 23. IV, 6. V, 5. VI, 3. 22. 24. X, 40. 42. XI 15. 31. XII, 2. 9. XVIII, 2. XIX, 42. Act. IX, 33. XVI, 1. XVII 14. XIX, 21. XXV, 9. Rom. IX, 26. Tit. III, 12. Hebr. VII. 8 Jac. II. 3 IV, 13. Apoc. II, 14. XII, 6. XXI, 25. (Lucian. D. D. III. 2 Xen. H. G. III, 2. 11. IV, 2. 3.) — bb) praefixo artic. οἱ ἐκεῖ i. e. *ibi versantes* Matth. XXVI, 71. (Lucian. D. D. III, 2. Xen. H. G. I, 6. 4.) cf. *Matthiae* §. 272. p. 537. *Buttm.* §. 112. 4. — — cc) subiungitur adverbiis relativis α) cum vi q [illegible] l m, ut Matth. XVIII, 20. οὗ γάρ εἰσι δύο — ἐκεῖ εἰμι ἐν μέσῳ αὐτῶν. 2 Cor III, 17. — Matth. VI, 21. XXIV, 28. Marc. VI, 10. Luc. XII. 34. XVII, 36. Jac. III, 16. — De loci Marc. VI, 55. lect. cf. *Griesb.* Vol. I. p. 211 ed. *Schulz.* Cf. quae habent de eodem pronom. αὐτός et ἐκεῖνος usu *Fischer* ad Well. Vol. II. p. 241. *Matthiae* §. 472, 2. p. 877. — — β) ubi auctor, se adverbio relat. inchoasse minus memor, ita pergit, quasi per se constet enuntiatio Apoc. XII, 6. ὅπου ἔχει ἐκεῖ τόπον. v. 14. (LXX Gen. XIII, 4. οὗ ἐποίησεν ἐκεῖ τὴν ἀρχήν. Exod. XX, 24. — Gen. XX, 13. q. l. ἐκεῖ per attract. pro ἐκεῖσε.) Neque Hebraeis hanc dicendi rationem insolitam esse, docet *Gesen.* p. 743. Ita שָׁם אֲשֶׁר Gen.

XIII, 4 et אֲשֶׁר שָׁמָּה. Cf. quae de *αὐτός*, praecedente *ὅς* supra p. 170. observata sunt et *Matthiae* §. 472, 3. p. 881 sq.

b) per attract. ἐκεῖ legitur, ubi *ἐκεῖσε*, *illuc*, *dorthin*, poni potuisse videtur. Ita post *ἀπέρχεσθαι* = *ἀπέρχεσθαι ἐκεῖσε καὶ εἶναι ἐκεῖ* Matth. II, 22. XXVI, 36. post *ἔρχεσθαι* Joh. XVIII, 3. *προπεμφθῆναι* Rom. XV, 24. *συνάγειν* Luc. XII, 18. *ὑπάγειν* Joh. XI, 8. — Ita שָׁם Deut. I, 37. (post *ἀφικνεῖσθαι* Herodian. IV, 8. 9. *ἔρχεσθαι* Herodot. I, 121. *φεύγειν* Xen. H. G. I, 2. 6.) LXX pro שָׁמָּה Gen. XX, 13. 1 Sam. II, 3. 2 Sam. XVII, 18.

c) per attract. ubi *ὧδε*, *huc*, poni potuisse videtur Matth. XVII, 20. Cf. ad h. l. *Fritzsche* IV Evv. I. p. 560. et de utroque attractionis genere *Herm.* ad Vig. p. 790. 907. ad Soph. Antig. v. 517. Trachin. v. 1006. *Elmsley* ad Eurip. Heraclid. v. 46. *Seidler* ad Eurip. Iphig. Taur. v. 113. p. 207 ed. *Markland.* Lips. *Buttm.* ad Sophocl. Philoct. v. 481. *Lobeck* ad Phryn. p. 43. 128. *Bornem.* in *Rosenm.* Rep. II. p. 251. *Winer* p. 170 sq. *Fritzsche* l. l. p. 102. — — d) abest ἐκεῖ Act. XIV, 28.

2) de tempore: *tum*, sq. *ὅταν* Luc. XIII, 28. Ita שָׁם Ps. XIV, 5. (Xen. Cyr. III, 3. 22.)

Ἐκεῖθεν, adv. loci, *inde*, *illinc*, *von da*, *von daher* aa) universe Matth. IV, 21. V, 26. IX, 9. 27. XI, 1. XII, 9. 15. XIII, 53. XIV. 13. XV, 21. 29. XIX. 15. Marc. I, 19. VI, 1. 10. 11. VII, 24. IX, 30. Luc. IX, 4. XII, 59. Joh. IV, 43. XI, 54. Act. XIII. 4. XVI, 12. XVIII, 7. XX, 13. — LXX pro מִשָּׁם Gen. XX, 10 (Lucian. D. D. XXIV, 3. Xen. Anab. V, 6. 24) — b) praeced. art. *οἱ ἐκεῖθεν*, *die von dort* sc. *herüber Wollenden* Luc. XVI, 26. (Eurip. Hecub. v. 719 ed. *Porson.* et ad h. l. *Schäfer.*)

Ἐκεῖνος, η, ο, pronom. adiect. vel demonstrat.: *ille*, *a*, *ud*, *is*, *ea*, *id*, *jener*, *der da*, *der dort* (ab ἐκεῖ, ibi). Refertur in N. T. a) ad remotius, ubi nos: *jener*, Lat.: *ille* aa) universe, *ὑμῖν δέδοται γνῶναι τὰ μυστήρια τῆς βασιλείας τ. οὐρ.*, *ἐκείνοις δὲ οὐ δέδοται* Matth. XIII, 11 et Marc. IV, 11. — Matth. XVIII, 32. Marc. XVI. 20. Joh V, 35. 38. 46. 47. IX, 9. 12. XIII, 25. 27. 30. Act. XXI 6. 1 Cor. IX, 25. 2 Tim. II, 13. III, 9. Tit. III 7. Hebr. XII, 25. (Lucian. Dial. Mort. XIV, 9. Xen. Cyr. I, 4. 19. Anab. IV, 1. 21 et 29.) — bb) ubi *οὗτος* ad proximum, *ἐκεῖνος* ad remotius spectat Luc. XVIII, 14. — in formula *ποιήσωμεν τοῦτο ἢ ἐκεῖνο* Jac. IV, 15. — cc) per appositionem accuratius definitur, quorsum spectet *ἐκεῖνος* Luc. XIII, 4 *ἐκεῖνοι οἱ δέκα καὶ ὀκτώ* i. e. *jene*, ich meine *die achtzehn*, XIX, 27. Joh. XVI, 13. Marc. XII, 7. Cf. de ἐκεῖνος ad remotius pertinente *Matthiae* §. 471, 10. p. 874.

b) ad propinquius pertinet cf. *Fischer* ad Weller. Vol. I. p. 329. *Herm.* ad Soph. Aiac. v. 1018. *Bornem.* ad Xen. Symp.

II, 25. Anab. IV, 3. 20. *Matthiae* l. l. *Wolf* ad Dem. Leptin. p. 282. *Schäfer* ind. ad Dem. p. 195. *Passow* I. p. 431. Ita legitur aa) universe Matth. XVII, 27. εὑρήσεις στατῆρα· ἐκεῖνον λαβὼν δός. (Xen. Anab. IV, 3. 20. Symp. II, 25. VIII, 4. Ita *ille* ad proximum, *hic* ad remotius pertinet Ovid. Trist. I, 2. 23. Propert. III, 14 vel 12, 17.)

bb) additur nomini, ut personam vel rem, de qua agitur, accuratius ab aliis distinguat α) universe Matth. VII, 25. προςέπεσον τῇ οἰκίᾳ ἐκείνῃ sc. quam rupi impositam esse modo dixi. v. 27. — VIII, 28. ὥςτε — διὰ τῆς ὁδοῦ ἐκείνης sc. in cuius vicinia versarentur οἱ δαιμονιζόμενοι. X, 14. ἐξερχόμενοι — τῆς πόλεως ἐκείνης sc. quae indigne vos tractat, v. 15. XII, 45. XV, 22. XVIII, 27. 28. XXI, 40. XXII, 7 bis. XXIV, 22. 29. 46. 48, 50. XXV, 7. 19. — XXVI, 24 bis et Marc. XIV, 21 bis; item Luc. XXII, 22. — Marc. III, 24. 25. XIII, 19. 32. XVI, 10. 13. Luc. IX, 5. X, 31. XI, 26. XII, 43. 45. 46. XIV, 24. XV, 14. 15. XVII, 9. XVIII, 3. Joh. I, 8. 40. IV. 25. 39. V, 19. 39. VII, 45. VIII, 44. IX, 36. XI, 29. 49. 51. XIII, 6. XVI, 8. 14. XVIII, 15. XIX, 31. XX, 19. τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων. XXI, 7. Act. I, 19. III, 13. 23. VIII, 8. XIII, 6. XIV, 21. XVI, 8. 33. ἐν τῇ ἐκείνῃ ὥρᾳ τῆς νυκτός i. e. *illa noctis hora* sc. qua extiterat terrae motus. XIX, 16. XXVIII, 7. Rom. VI, 21. Hebr. IV, 2. VI, 7. VIII, 7. — Jac. I, 7. ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος sc. quem modo significavi, ὁ διακρινόμενος. (Xen. Anab. I, 7, 18.) — β) in formulis ad temporis, quo acciderunt vel eventura sunt, quae in sqq. narrantur, notationem nunc definitam, nunc minus definitam pertinentibus, ut αα) ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν ἐκείνων, ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις, ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ, ἐν τῇ ὥρᾳ ἐκείνῃ, ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ i. e. *illo tempore, zu der Zeit* vel: *um diese Zeit* Matth. III, 1. ad q. l. cf. *Fritzsche* IV Evv. I. p. 106. — Luc. IV, 2. IX, 36. Apoc. IX, 6. — Matth. XIII, 1. — XXII, 23. Marc. II, 20. IV, 35. Luc. VI, 23. XVII, 31. Joh. XIV, 20. XVI, 23. — Luc. XX, 1. — Matth. XXIV, 19. Marc. I, 9. XIII, 17. — Matth. XVIII, 1. Marc. XIII, 11. Apoc. XI, 13. — Matth. VIII, 13. cf. *Fritzsche* l. l. p. 315. — Matth. XI, 25. XII, 1. Eph. II, 12. — ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ *illo die* Joh. V, 9. — ββ) κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν καιρόν vel κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον, *illo tempore*, *während dieser Zeit* Act. XII, 1. XIX, 23. — γγ) ἀπὸ τῆς ὥρας ἐκείνης vel ἀπ᾽ ἐκείνης τῆς ἡμέρας i. e. *ex illo tempore*, sc. quo facta sunt, quae ante enarrantur Matth. XV, 28. IX, 22. XVII, 18. — vel: *ab illo inde die* sc. quo acta haec sunt Matth. XXII, 46.

cc) ut nostrum: *das*, *der*, cum emphasi ponitur ἐκεῖνος α) universe Rom. XIV, 14. ἐκείνῳ κοινόν sc. ἐστί. — β) post, item ante participia praefixum habentia articulum, ut Marc. VII,

15. τὰ ἐκπορευόμενα ἀπ' αὐτοῦ, ἐκεῖνά ἐστι τὰ κοινοῦντα τὸν ἄνθρωπον i. e. *das ists, was den Menschen unrein macht.* v. 20. Luc. XII, 47. Joh. I, 18. 33. V, 11. IX, 37. (Eurip. Phoen. v. 545. Xen. Cyr. VI, 1. 17. VI, 2. 33.) cf. *Fischer* ad Well. Vol. II. p. 241. *Matthiae* §. 472, 2. p. 877. — γ) ubi praecedit vel sequitur ὅς personam vel rem accuratius definiens Joh. XIII, 26. ἐκεῖνός ἐστιν, ᾧ ἐγὼ βάψας τὸ ψωμίον ἐπιδώσω. XIV, 26. XV, 26. Rom. XIV, 15. Cf. *Fischer* l. l. p. 235 sq. — δ) ubi de personis vel rebus celebratis, claris, notis agitur, ut αα) de Jesu Joh. II, 21. ἐκεῖνος δέ = *Er aber* sc. *der Herr, der Meister.* 1 Joh. III, 3. 5. 7. — 2 Tim. II, 13. hunc locum alii ad supra sub a. aa. allegata referunt. — 2 Petr. I, 16. — Joh. VII, 11. ποῦ ἐστιν ἐκεῖνος; *Er, der soviel Aufsehen und Erstaunen Erregende, Er, dessen Name in Jedermanns Munde ist.* — Matth. XXVII, 63. ἐκεῖνος ὁ πλάνος. (Aelian. V. H. II, 11 et 14. III, 23. Dem. 308, 18.) cf. *Passow* I. p. 431. *Schäfer* ind. ad Dem. p. 195. — ββ) de rebus, ut de temporibus Messianis i. e. de tempore, quo Messias ad regnum suum inaugurandum, ad iudicium habendum et ad cultores suos beandos redibit, ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ Matth. VII, 22 et Luc. X, 12. coll. Matth. X, 15. — Matth. XXVI, 29. Act. II, 18. 2 Thess. I, 10. 2 Tim. I, 12. 18. Apoc. XVI, 14. Cf. *Bertholdt* Christol. Judaeorum Jesu et Apostolorum aetate p. 206 sqq. (Lucian. D. Mort. XI, 1. XIV, 9.) — ε) neutr. ἐκεῖνο sententiam sequentem praeparat, sq. ὅτι Matth. XXIV, 43. (Xen. Cyr. III, 1. 3 et 21.) cf. *Matthiae* §. 472, 2. b. not. p. 880.

dd) genit. ἐκείνης, adverbialiter = ἐκεῖ vel ἐκείνης ὁδοῦ Luc. XIX, 4. ubi text. vulg. δι' ἐκείνης cf. *Griesb.* ad h. l. ed. *Schulz* et de genit. simplici, ubi quaeritur: ubi? *Matthiae* §. 377, 1. p. 691. coll. §. 496. p. 908. *Fischer* ad Well. Vol. III. P. I. p. 259 sq. Lamb. Bos. de ellips. p. 333 ed. *Schäfer.*

Ἐκεῖσε, adv. loci: *illuc, illic.* Bis legitur in N. T. Act. XXI, 3. cf. ad h. l. supra sub ἀποφορτίζομαι p. 138. adnotata. — XXII, 5. q. l. cum ἐκεῖ permutatur. LXX pro מִשָּׁם Job. XXXIX, 29. (Xen. Mem. III, 13. 5.)

Ἐκζητέω, ῶ, f. ήσω, (ab ἐκ et ζητέω quaero) *exquiro* i. e. *studiose et diligenter quaero, aufsuchen, aussuchen* [propr. LXX Ezech. XXXIV, 11. 12. XXXIX, 14.] metaph. a) pro: *investigo, diligenter perscrutor*, sq. περί τινος 1 Petr. I, 10. Ita LXX Jes. VIII, 19. ἐκζητεῖν τοὺς νεκροὺς περὶ τῶν ζώντων, et sq. acc. pro חָקַר Ps. XLIV, 22. (Cicer. pro reg. Deiot. c. 15. exquire de Blesamio, numquid ad regem contra dignitatem tuam scripserit.) — b) pro: *posco, reposco, flagito* aa) sq. acc. rei, ut εὐλογίαν Hebr. XII, 17. Ita LXX pro דָּרַשׁ Deut. XXIII, 21. (exquiro aliquid Cicer. ad Attic. VII, 18.) — bb) τὸ αἷμά τινος ἀπό τινος, *reposco sanguinem vel*

vitam alicuius ab aliqua i. e. *vindictam caedis* vel *sanguinis effusi alicuius repeto ab aliquo* Luc. XI. 50. 51. Ita LXX ἐκζ. τ. α. τ. ἐκ χειρός τινος pro hebr. דָּם מִיַּד בִּקֵּשׁ 2 Sam. IV, 11. Ezech. III, 18. — c) *curam alicuius habeo*, *nach Jemandem fragen* i. e. *sich um ihn bekümmern*, τὸν θεὸν = *Deum colo* Act. XV, 17. Rom. III 11. Hebr. XII, 11. LXX pro דָּרַשׁ Ps. XIV, 2. XXIV, 6. Amos. V, 4.

Ἐκθαμβέομαι. οῦμαι, med. [verbi ἐκθαμβέω, terrorem incutio Sirac. XXX, 9.] a. 1. p. ἐξεθαμβήθην, signif. med. [cf. *Matthiae* §. 495, b. p. 929. *Buttm.* §. 123, 2.] *terrorem incuti mihi patior*, *obstupesco*, *stupore percellor* Marc. IX, 15. XIV, 33. XVI, 5. 6.

Ἔκθαμβος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τό. (a θάμβος terror et ἐκ) *stupore et admiratione perculsus*. Semel in N. T. Act. III, 11. (Polyb. XX, 10. 9. active: terribilis LXX Dan. VII, 7.)

Ἔκθετος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τό, (ab ἐκτίθημι) *expositus*. Semel in N. T. Act. VII, 19. ποιεῖν ἔκθετα τὰ βρέφη pro: ἐκτιθέναι τὰ βρέφη. (ut Aelian. V. H. II. 7.)

Ἐκκαθαίρω, f. αρῶ, (ab ἐκ augente et καθαίρω purgo) *plane purgo*, *expurgo*, [ut ἀσπίδας Xen. Anab. I, 2. 26. τὸν βίον Lucian. D. D. XIII, 2.] a) ἐμαυτὸν ἀπό τινος, *expurgo me ab aliqua re*, ut a vitiis 2 Tim. II 21. (ita ἐκκεκαθαρμένοι τὰς ψυχάς de viris doctis, ornatis expurgatisque doctrina Xen. Symp. I, 4. et ad h. l. *Bornem.*) — b) ex adiunct. *removeo*, *ausfegen*, *wegschaffen*, sq. acc. rei 1 Cor. V, 7. Ita LXX pro בִּעֵר Deut. XXVI, 13.

Ἐκκαίομαι, aor. 1. p. ἐξεκαύθην med. (verb. ἐκκαίω exuro, accendo) *flagro*, *exardesco* (pp. Dionys. Hal. Ant. VII, 14.) de libidinibus Rom. I, 27. — (de ira Diod. Sic. XIV, 108. Polyb. IX, 10. 10.)

Ἐκκακέω, ῶ, f. ήσω, (ab ἐκ et κακός malus, ignavus) 1) *timidus sum*, *animum despondeo* Eph. III, 13. μὴ ἐκκακεῖν ἐν ταῖς θλίψεσι. 2 Cor. IV, 1. — 2) *segnis sum* a) sq. inf. Luc. XVIII, 1. (Polyb. IV, 19. 10.) — b) sq. particip. Gal. VI. 9. 2 Thess. III, 13. cf. de partic. post verba cessandi, desinendi *Matthiae* §. 551, d. p. 1081. *Winer* p. 139. *Buttm.* §. 131, 1. — c) absolute 2 Cor. IV, 16.

Ἐκκεντέω, ῶ, f. ήσω, (ab ἐκ et κεντέω, pungo; ausstechen, ut τοὺς ὀφθαλμούς Aelian. H. A. XVII, 20. cf. *Valckenar.* diatribe p. 203 ed. Lips.) *transfigo*, *pungo*. Bis in N. T, a) sq. acc. pers. Apoc. I. 7. — b) per attractionem sq. εἰς c. acc. pers. Joh. XIX, 37. ὄψονται εἰς ὃν ἐξεκέντησαν pro: ὄψονται εἰς ἐκεῖνον, ὃν ἐξεκέντησαν. De quo attract. genere cf. *Buttm.* §. 130, 5. *Matthiae* §. 473, 6. p. 884. *Herm.* ad Vig. p. 874. *Winer* p. 68, 3 LXX pro דָּקַר Judd. IX. 54. מְטֹעָנֵי Jes. XIV, 19. הָרַג Num. XXII 9. (Polyb. V, 56. 12. XV, 33, 4. Polyaen. V, 3. 8. 2 Macc. XII, 6.)

Ἐκκλάω, f. άσω, a. 1. p. ἐξεκλάσθην (ab ἐκ et κλάω frango) *defringo* Rom. XI, 17. 19. 20. LXX pro שָׁסַע Levit. I, 17. De perf. pass. terminatione σμαι et a. 1. p. σθην cf. *Buttm.* §. 88. b. not. 6. gram. max. Vol. I. §. 98, 4. p. 437. *Matthiae* §. 188. p. 333.

Ἐκκλείω, f. είσω, a. 1. p. ἐξεκλείσθην (ab ἐκ et κλείω claudo; de perf. pass. terminatione σμαι et a. 1. p. σθην v. *Buttm.* §. 88, b. not. 6. gram. max. Vol. I. §. 98, 4. p. 437. *Matthiae* §. 188. p. 333.) *excludo* [propr. Polyb. XXV, 1. 10.] a) *arcendi* sens. Gal. IV, 17. ἐκκλεῖσαι ὑμᾶς θέλουσιν sc. a consuetudine et institutione mea. Vid. *Winer* ad h. l. (ita ἀποκλείειν τινά Plut. vit. Alcibiad. c. 4.) — b) metaph. pro: *praecido*, *abschneiden*, vel *evanescere facio* Rom. III, 27.

Ἐκκλησία, ας, ἡ, (ab ἐκ et καλέω voco; evoco) 1) *concio*, i. e. *civium multitudo*, *in locum publicum ut conveniat*, *publice evocata et congregata*, *Volksversammlung* a) proprie aa) universe Act. XIX, 39. ἐν τῇ ἐννόμῳ ἐκκλησίᾳ ἐπιλυθήσεται. — VII, 38. coll. Exod. XIX, 12 — 17. (Aelian. V. H. V, 12. Polyb. IV, 34. 6. Xen. Anab. I, 3. 2.) — bb) sensu iudaico: *multitudo in conventum sacrum convocata*, *conventus sacer* Matth. XVIII, 17. — b) de civium multitudine absque auctoritate publica congregata: *Versammlung*, *die versammelte Menge* = *turba* Act. XIX, 32. 40. — c) *coetus*, *societas*, ut πρωτοτόκων Hebr. XII, 23. Ita LXX ἐκκλησία τῶν προφητῶν et hebr. לַהֲקַת 1 Sam. XIX, 20.

2) sensu christiano: *multitudo hominum*, *Jesu auctore*, *per praecones eius*, *apostolos*, *ad Deum verum colendum evocata et congregata*, *coetus sacer*, *societas Christianorum*. Ita dicitur, ubi legitur a) ἡ ἐκκλησία τοῦ χριστοῦ vel τοῦ κυρίου i. e. *societas*, *quam condidit vel condendam curavit Christus et quam idem*, *utpote dominus eius et caput*, *regit*, *iuvat*, *tuetur*, *auget et omnis generis bonis replet* aa) universe Matth. XVI, 18. — bb) de coetibus Christianorum singulis, ita α) in locis, ubi plures ἐκκλησίαι commemorantur Rom. XVI, 16. — β) vel, quae leguntur, ad certum coetum pertinent Act. XX, 28. — b) ἡ ἐκκ. ἐν χριστῷ ἰησοῦ i. e. Christo Jesu auctore condita Eph. III, 21. — c) ἡ ἐκκ. τοῦ θεοῦ i. e. *coetus*, *qui Deo vero colendo sese dicavit*, *qui pertinet ad Deum* [ita LXX ἐκκλησία κυρίου et קְהַל יְהוָה Num. XVI, 3. XX, 4. Deut. XXIII. 1. 3.] aa) universe 1 Cor. XI, 22. XV, 9. Gal. I, 13. 1 Tim. III, 5. 15. — bb) de singulis Christianorum coetibus. Ita in locis, ubi vel plures ἐκκλησίαι commemorantur, vel loci, urbis, provinciae nomen additur 1 Cor. I, 2. X, 32. XI, 16. 2 Cor. I, 1. 1 Thess II, 14. 2 Thess. I, 4. — d) absolute, aa) universe Act. II, 47. 1 Cor. XII, 28. Eph. I, 22. III, 10. V, 23. 24. 25. 27. 29. 32. Phil. III. 6. Col. I, 18. 24. — bb) de singulis Christianorum coetibus α) ubi additur nomen ad

πέμψαι positis vel pro: ἐκλεξαμένοις [ita v. 25. e codd. habent codex A et 31, cf. *Vater* et *Griesb.* ad h. l.] vel pro: ἐκλέξασθαι καὶ πέμψαι vid. *Vater* ad h. l. et *Winer* p. 187. 110. (ἐκλέγειν ἔκ τινος Xen. Mem. III, 5. 2. H. G. I, 6. 11 et 13. Plato de legg. III, p. 109 ed. *Tauchn.*) — b) de Deo aa) sequente ad normam hebr. בָּחַר c. בְּ, ἔν τινι e confusione duarum locutionum: *sein Wohlgefallen an Jemandem haben und ihn wählen*, addito infinit., ut sit vel faciat aliquis aliquid Act. XV, 7. — Ita LXX et בָּחַר c. בְּ 1 Chron. XXVIII, 4. 5. 2 Chron. VI, 5. 6. Nehem. IX, 7. Cf. quae habent de hac constructione *Ewald* p. 605. *Gesen.* hebr. Wörterb. sub בָּחַר, et de infinit. ad consilium pertinente *Matthiae* l. l. *Buttm.* l. l. *Winer* p. 134. — bb) sq. duplic. accus. *zu etwas erwählen* = *volo*, *ut sit aliquis aliquid* Jac. II, 5. cf. *Matthiae* §. 425. p. 768. — — 2) ex adiunct. *diligo*, *amo* a) universe, sq. acc. Marc. XIII, 20. Act. XIII, 17. — et in codd. Luc. IX, 35. Ita LXX et hebr. בָּחַר Deut. IV, 37. Zach. III, 2. et αἱρετίζειν Zach. I, 17. II, 12. — b) ubi de personis agitur, quas prae ceteris per Jesum beare et beneficiis ornare decrevit Deus, sq. vel infinit. finali 1 Cor. I, 27. 28. vel ἵνα ad consilium spectante Eph. I, 4.

Ἐκλείπω, f. ψω, (ab ἐκ et λείπω linquo, lassen; auslassen Plat. Sympos. q. l. vid. supra sub ἀναπληρόω, tum relinquo sedes meas. Xen. Anab. I, 2. 24. Cyr. IV, 1. 8. Thuc. I, 18.) intrans. *deficio* i. e. a) *cesso*, *nachlassen*, *aufhören*, ita de πίστει Luc. XXII, 32. — de ἔτεσί τινος Hebr. I, 12. Ita LXX sq. inf. pro חָדַל Jer. LI, 30. תָּמַם Ps. CII, 28. (de nive Xen. Anab. IV, 5. 15. de sole et luna Thuc. II, 28. VII, 50.) — b) *morior* Luc. XVI, 9. (Jos. de bell. iud. IV, 1. 9. χάρης κατακείμενος καὶ νοσηλευόμενος ἐκλείπει. Apollodor. Bibl. III, 4. 3. ἀμέλης δὲ διὰ τὸν φόβον ἐκλιπούσης. cf. *Bornem.* ind. ad Xen. Anab. p. 621. similiter transit. ἐκλείπειν τὸν βίον Dionys. Hal. Ant. I, 54. Lucian. Macrob. §. 12. — Justin. Hist. XII, 15. cum deficere eum amici viderent.) Ita LXX pro גָּוַע Gen. XXV, 8. מוּת Jerem. XLII, 17. 20. — Vide tamen de Luc. XVI, 9. tum lectione, tum interpretatione *Schulz* die Parab. v. Verw. p. 81 sqq.

Ἐκλεκτός, ή, όν, (ab ἐκλέγω, eligo, delectus, selectus) 1) *eximius*, *praestans* a) universe 1 Petr. II, 4. λίθος παρὰ δὲ θεῷ lapis iudice Deo eximius. Rom. XVI, 13. ἐν κυρίῳ i. e. *in seiner Verbindung mit dem Herrn* = eximius Domini cultor. 1 Tim. V, 21. Ita LXX pro מִבְחַר Gen. XXIII, 6. — b) *pietate praestans* Matth. XXIV, 22. 24. Marc. XIII, 20. 22. — 2) *dilectus*, [quem prae ceteris beare et beneficiis per Christum ornare decrevit Deus, quem dignum Deus iudicat et indicavit felicitate per Jesum Messiam parata] a) absolute 2 Tim. II, 10. 1 Petr. I, 1. II, 9. 2 Joh. v. 1. 13. Apoc. XVII, 14. — b) sq. genit. Θεοῦ Matth. XXIV, 31. Marc. XIII, 27. Luc. VIII, 7.

pro נָבַל Deut. XXXIII, 22. (2 Macc. III, 18. Judith. XIV, 17. Aelian. V. H. VI, 3. Xen. Cyr. I, 4. 8.)

Ἐκπίπτω, f. πεσοῦμαι, perf. πέπτωκα, a. 2. ἐξέπεσον, a. 1. ἐξέπεσα [Gal. V, 4. it. Eurip. Troad. v. 291. Alcest. v. 465. cf. de hoc aoristo *Buttm.* §. 101. sub πίπτω, gram. max. Vol. II. §. 114. p. 217. *Matthiae* §. 246. p. 480. §. 193, not. 7. p. 342. *Sturz* de dial. alex. et maced. p. 61. 117. *Lobeck* ad Phryn. p. 724. *Winer* p. 46.]

excido, *decido*, nos: *ausfallen*, *heraus — herabfallen* a) propr. aa) universe α) sq. ἐκ c. genit. Act. XII, 7. — β) absolute Marc. XIII, 25. Act. XXVII, 32. Jac. I, 11 et 1 Petr. I, 24.— Ita LXX et נָפַל Jes. XXVIII, 1. 4. (sq. genit. simpl. Herodian. III, 7. 8. Xen. Cyr. V, 4. 8.) — bb) de navigantibus = *exorbito*, seq. εἰς [aus dem Gleise oder aus der Fahrstrasse heraus auf, in, an etwas gerathen] = *impingo* Act. XXVII, 17. εἰς τὴν σύρτιν. v. 26. 29. (Diod. Sic. II, 60. V, 54. XIII, 13. Polyb. I, 51. 11. — ἐκπεσεῖν ἐκ τῆς ὁδοῦ Xen. Anab. V, 2. 31.)

b) metaph. aa) *excido* = *de statu meo deiicior*, *iacturam facio* α) sq. genit. ut τῆς χάριτος Gal. V, 4.— 2 Petr. III, 17. (Hom. Iliad. XXIII, 595. Lucian. D. D. I, 4 sq. ἀπό τινος Thuc. VIII, 81.) — β) praeced. πόθεν Apoc. II, 5. (ἐκεῖθεν Aelian. V. H. IV, 7.) — bb) pro: *cesso*, *aufhören* 1 Cor. XIII, 8. — cc) *eventu et vi destituor*, *irritum fio*, ut ὁ λόγος τοῦ θεοῦ Rom. IX, 6. — LXX pro נָפַל אַרְצָה 2 Regg. X, 10. coll. 1 Sam. III, 19. it. πίπτω et נָפַל simplex Jos. XXIII, 14. vel διαπίπτω Jos. XXI, 45. Cum quibus formulis conferendae sunt Graecorum: πίπτειν ἔραζε vel εἰς τὴν γῆν Hom. Iliad. XVII, 633. it. τὰ πεπτωκότα i. e. *das Misslungene* Eurip. Hippolyt. v. 718. et ad h. l. *Valckenar.* coll. *Passow* sub πίπτω; denique tragoedorum ludi, ubi vi sua destituuntur atque exploduntur, ἐκπίπτειν dicuntur apud Aristot. de poet. τὸ γὰρ ὅμοιον ταχὺ πληροῦν, ἐκπίπτειν ποιεῖ τὰς τραγῳδίας.

Ἐκπλέω, f. εύσομαι, (ab ἐκ et πλέω navigo) *navigo e loco*. Ter in N. T. a) sq. εἰς Act. XV, 39. XVIII, 18. (Xen. H. G. IV, 8. 32.) — b) sq. ἀπό XX, 7. (Xen. Anab. V, 6. 21 et 23.)

Ἐκπληρόω, ῶ, f. ώσω, (ab ἐκ augente et πληρόω, impleo) *prorsus expleo* [propr. Xen. Cyr. V, 3. 24.] metaph. pro: *ratum facio*. Semel in N. T. Act. XIII, 32. [τὴν ἐπαγγελίαν] ταύτην ὁ θεὸς ἐκπεπλήρωκε (Polyb. I, 67. 1.)

Ἐκπλήρωσις, εως, ἡ, (ab ἐκπληρόω quod vid. pp. supplementum) *impletio*, τῶν ἡμερῶν i. e. dies consummandi Act. XXI, 26. (2 Macc. VI, 14. ἐκπλήρωσις ἁμαρτιῶν i. e. das volle Maass der Sünden.) Saepius non legitur in N. T.

Ἐκπλήσσω, ττω, f. ξω, a. 2. pass. ἐξεπλάγην [de qua forma, usitata in compositis, quibus inest perterrefaciendi notio,

cf. *Bultm.* §. 101. gramm. mox. Vol. II. §. 114. p. 220. *Matthiae* §. 248. p. 485. §. 193, 1. p. 339. — ab ἐκ et πλήσσω quatio; ictu expello, vel percutio aliquem, ut loco suo moveatur Xen. Anab. I, 8. 20.] *percello* i. e. *obstupefacio*, *perturbo*, passive: *obstupesco*, *perturbor* a) universe et absolute Matth. XIX, 25. Marc. X, 26. Luc. II, 48. Ita LXX pro שָׁמַם Cohel. VII, 16. (Xen. Anab. I, 3. 15. VII, 6. 42.) — b) de admirantibus aa) absolute Matth. XIII, 54. Marc. VI, 2. VII, 37. — bb) sq. ἐπί τινι Matth. VII, 28. XXII, 33. Marc. I, 22. XI 18. Luc. IV, 32. IX, 43. Act. XIII, 12. Cf. *Matthiae* § 399, not. 1. p. 730. (Aelian. V. H. XII, 41. Xen. Cyr. I, 4. 27: sq. dat. simpl. Xen. Cyr. VI, 3. 15. — sq. acc. rei 2 Macc. VII, 12. Herodian. I, 15. 10. Plut. de genio Socr. c. 17. Mor. IV. p. 88 ed. *Tauchn.*) Saepius non habetur in N. T.

Ἐκπνέω, ῶ, f. εύσω, (ab ἐκ et πνέω spiro) *exspiro* (pp. Plato Phaedon. c. 16. ed. *Fischer*) i. e. *morior*. Ter in N. T. Marc. XV, 37. 39. Luc. XXIII, 46 (Diod. Sic. XV, 81. Plut. de genio Socr. c. 32. Moral. IV. p. 115. Sophocl. Aiac. v. 1025.)

Ἐκπορεύομαι, f. εύσομαι med. [verbi ἐκπορεύω educo, egredi facio, ita sq. genit. loci Eurip. Phoen. v. 1084 vel 1075 ab ἐκ et πορεύω] *egredior*, *exeo*, *hinausgehen*, *herausgehen* a) proprie aa) absque mentione loci, e contextu cognoscendi α) universe Luc. III, 7. Act. XXV, 4. — De Act. IX, 28. vide supra εἰσπορεύομαι no. 1. b. — Joh. V, 29. Apoc. XVI, 14 coll. v. 13. — β) addito ἐπί vel πρός c. acc. pers. i. e. e loco aliquo eo ad aliquem Apoc. XVI, 14. — Matth. III, 5. Marc. I, 5. — γ) addito εἰς c. acc. loci: *e loco in locum egredior* Marc. X, 17. (Xen. Anab. V, 6. 33.) — bb) sq. ἐκ c. genit. loci Marc. XIII, 1. (Polyb. VI, 58. 4.) De praepositione ἐκ post vv. c. eadem composita cf. *Winer* p. 148 sq. coll. *Bornem.* ad Xen. Symp. p. 219. — cc) sq. ἀπό c. genit. loci [propr. aus und von einem Orte weg] Matth. XX, 29. Marc. X, 46. — dd) sq. παρά τινος [propr. e vicinia alicuius] Joh. XV, 26. — ee) sq. ἔξω c. genit. loci Marc. XI, 19. (ita ἐξέρχεσθαι ἔξω τινός Eurip. Phoen. v. 479.) — ff) iunct. c. ἐκεῖθεν Marc. VI, 11.

b) metaph. aa) de rebus prodeuntibus ex aliqua re, ubi Lat. *prodeo* α) sq. ἐκ αα) c. genit. loci Matth. XV, 11. 18. Marc. VII, 21. Luc. IV, 22. Eph. IV, 29. — de flamma, fulguribus, ubi Lat.: *erumpo* Apoc. IV, 5. IX, 17. 18. XI, 5. — de fluvio, ubi Lat. *promano e* Apoc. XXII, 1. — de gladio ex ore alicuius exeunte = *promineo* Apoc. I, 16. XIX, 15. — v. 21. e lect. vulg. cf. ad h. l. *Griesbach* qui ἐξέρχεσθαι. — ββ) c. genit. personae = *ex animo alicuius* Marc. VII, 20. — β) sq. ἀπό Marc. VII, 15. — γ) addito ἔσωθεν v. 23. — bb) de rebus et personis, quae eiiciuntur ex aliquo, ubi Lat. vel *eiicior*, ita de dae-

monibus, absolute Matth. XVII, 21. Act. XIX, 12. ubi text. vulg. *ἐξέρχομαι*, vel *egeror*, sq. *εἰς* c. acc. loci Marc. VII, 19. — cc) de fama, ubi Lat. *dimano*, sq. *εἰς* c. acc. loci Luc. IV, 37. — dd) de rebus ortum habentibus ex aliquo, = *exorior*, sq. *διά τινος* i. e. iussu alicuius Matth. IV, 4. cf. ad h. l. *Fritzsche* IV Evv. I. p. 161 sq. — Saepius non extat in N. T.

Ἐκπορνεύω, f. *εύσω*, (ab *ἐκ* intendente et *πορνεύω*) *effuse scortor*. Semel in N. T. Jud. v. 7. LXX pro זָנָה Gen. XXXVIII, 24.

Ἐκπτύω, f. *ύσω*, *exspuo* (pp. Meleagr. Anthol. gr. T. I. p. 21. no. 66. et Theodorid. ibid. T. II. p. 42. no. 2. ed. *Jacobs* Hom. Odyss. V, 322.) metaph. *respuo*, *sperno*. Ita semel in N. T. Gal. IV, 14. *τὸν πειρασμόν μου, τὸν ἐν τῇ σαρκί μου, οὐκ ἐξουθενήσατε, οὐδὲ ἐξεπτύσατε*.

Ἐκριζόω, *ῶ*, f. *ώσω*, (ab *ἐκ* et *ῥιζόω* radices ago) *eradico*, *avello* Matth. XIII, 29. XV, 13. Luc. XVII, 6. — Jud. v. 12. *δένδρα — ἐκριζωθέντα* i. e. *sunt pro arboribus eradicatis* = *arbores*, *quas eradicare decrevit Deus* coll. Matth. III, 10. VII, 19. Cf. de hac aoristi vi *Herm.* ad Vig. p. 747. *Matthiae* §. 506. V. 2. p. 961. *Winer* p. 119. LXX pro נָתַשׁ Jer. I, 10. עָקַר Zephan. II, 4.

Ἔκστασις, *εως*, *ἡ*, (pp. deiectio e loco et statu, quo erat aliquis vel aliquid) 1) *mentis alienatio* i. e. status hominis, qui repentino quodam animi furore abreptus acrius exardescit, ita, ut rerum circumiacentium sensu plane non tangatur, sed mersus profunda cogitatione imagines rerum absentium et spirituum species cernere sibi videatur Act. X, 10. XI, 5. XX, 17. (Artemid. II, 37. Polyb. II, 55. 6. si lect. sana) — 2) *stupor*, *pavor*, de iis, qui, metu perculsi, quid cogitent, nesciunt, neque, quid agant, vident Marc. XVI, 8. Luc. V, 26. Act. III, 10. De *ἐξέστησαν ἐκστάσει μεγάλῃ* Marc. V, 42. vide supra sub *ἀπειλέω* adnotata. LXX pro תִּמְהוֹן Deut. XXVIII, 28. שַׁמָּה Jer. V, 30. תַּרְדֵּמָה Gen. II, 22.

Ἐκστρέφω, f. *ψω*, p. p. *ἐξέστραμμαι* cf. *Buttm.* §. 88, b. not. 3. gram. max. I. §. 98. not. 4. p. 436. *Matthiae* §. 189. p. 335. (ab *ἐκ* et *στρέφω* verto; pp. extra verto, quod interius erat;) *animum muto* [Aristoph. Nubb. v. 89.] de homine perverso et in peius mutato. Tit. III, 11. *εἰδώς, ὅτι ἐξέστραπται ὁ τοιοῦτος*. Ita LXX pro הָפַךְ Deut. XXXII, 20. Jer. II, 20. Saepius non legitur in N. T.

Ἐκταράσσω, *ττω*, f. *ξω*, (ab *ἐκ* et *ταράσσω*) i. q. *ταράσσω*, sed fortius: *perturbo*. Legitur tantum Act. XVI, 20. *ἐκταράσσουσιν ἡμῶν τὴν πόλιν*. (Andocid. de myster. *ὁ δὲ τὴν πόλιν ὅλην ἐκταράξας καὶ εἰς τοὺς ἐσχάτους κινδύνους καταστήσας ἐξελέγχθῃ*. Similiter *ταράσσειν τὴν πόλιν* Liban.

XIII. p. 404. A.: it, ταράττειν τὴν ὀργὴν Lucian. D. Mort. XII, 9.)

Ἐκτείνω, f. τενῶ, (ab ἐκ et τείνω, tendo) *extendo, protendo, ausstrecken* [ita de dormientibus Xen. Symp. IV, 31.]. Legitur in N. T. A) ἐκτείνειν τὴν χεῖρα a) universe aa) propr. α) plene Matth. VIII, 3. XII, 13. XIV, 31. XXVI, 51. Marc. I, 41. III, 5. Luc. V, 13. VI, 10. — Joh. XXI, 18. q. l. alii crucis mortem [crucifixis comparantur homines ἑαυτοὺς ἐκτείνοντες Arrian. Epictet. III, 26.] instantem Petro, alii eiusdem senis olim imbecillicitatem adumbrari existimant. Cf. *Lücke* II. p. 512 sq. (Ceb. Tab. c. 30. Xen. de re equestr. VII, 2.) — β) addito ἐπί τινα i. e. *super* vel *versus aliquem, hin nach Jemandem* αα) universe Matth. XII, 49. — ββ) sensu hostili, i. e. ut capias aliquem vel vim inferas ei Luc. XXII, 53. — γ) absolute Matth. XII, 13 et Marc. III, 5. Ita LXX et נטה Jer. LI, 25. Ez. XXV, 7. (1 Macc. XII, 39. 42.) — — bb) trop. de Deo, potentiae suae documenta edente Act. IV, 31. — b) de hominibus, qui, verba ad concionem facturi, manum extendendo silentium imperant Act. XXVI, 1. (cf. Polyaen. IV. p. 317. ἀνέτεινε τὴν δεξιὰν ὡς δημηγορήσων.) — — B) ἀγκύρας ἐκτείνειν [longas facere ancoras, propr. prolongare rudentem, cui alligata est ancora] = *ancoras demitto* Act. XXVII, 30. Saepius non extat in N. T.

Ἐκτελέω, ῶ, f. έσω, (ab ἐκ et τελέω) *perficio, absolvo.* Bis in N. T. Luc. XIV, 29. 30. — LXX pro כלה Deut. XXXII, 45. (Polyb. X, 26. 1. Xen. de rep. Laced. X, 17.)

Ἐκτένεια, ας, ἡ, (ab ἐκτείνω extendo; pp. extensio) *contentio, summum studium, ἐν ἐκτενείᾳ intente* vid. ἐν. Semel legitur in N. T. Act. XXVI, 7. (Ita 2 Macc. XIV, 38. Phalaris Epist. 68. Apollon. Epist. LII, 393.) Abesse hanc vocem a scriptoribus antiquioribus, docuit *Lobeck* ad Phryn. p. 311.

Ἐκτενέστερον, adv. (ab ἐκτείνω q. v. pp. neutrum comparativi adiect. ἐκτενής) *intensius.* Semel in N. T. Luc. XXII, 44.

Ἐκτενής, οῦς, ὁ, ἡ, — ές, τό, *extensus* metaph. *assiduus, ardens;* bis in N. T. dicitur de ἀγάπῃ Act. XII, 5. 1 Petr. IV, 8. (Polyb. XXII, 5. 4.) cf. *Lobeck* ad Phryn. p. 311.

Ἐκτενῶς, adv. *intense, impense.* Semel in N. T. 1 Petr. I, 22. ἀλλήλους ἀγαπήσατε ἐκτενῶς. LXX pro בחזקה Jon. III, 8. (Polyb. XXXI, 22. 12. Diod. Sic. II, 24.) cf. *Lobeck* ad Phryn. p. 311. qui serioris aetatis esse hanc vocem docet.

Ἐκτίθημι, f. θήσω, (ab ἐκ et τίθημι) *expono* a) *tollendi* sens. *aussetzen, wegsetzen* Act. VII, 21. ἐκτεθέντα δὲ αὐ-

τὸν ἀνείλετο ἡ θυγάτηρ φαραώ, expositum enim suscepit filia Pharaonis. (Aelian. V. H. II, 7. Lucian. de sacrific. §. 5. Diod. Sic. III, 57.) — b) metaph. medium ἐκτίθεμαι, *enarro, expono*, [i. e. expono vel quod ad me pertinet i. e. quod accidit mihi, aut meam de aliqua re sententiam, de qua vi med. cf. *Buttm.* §. 122, 4. *Matthiae* §. 492, 6. p. 924. vel medio posito pro activo cf. *Matthiae* §. 496, 7. p. 935. *Bornem.* ad Xen. Anab. IV, 3. 20. *Reisig* Coniectan. in Aristoph. I. p. 321. *Erfurdt* ad Soph. Oed. R. v. 1014. *Elmsley* ad Eurip. Med. p. 283 ed. Lips. *enarro, expono aliquid*] Act. XI, 4. XVIII, 26. XXVIII, 23. LXX pro גָּלָה Job. XXXVI, 13. (med. Jos. Ant. I, 12. 2. Athen. VII. p. 278. D. activum Theophr. Charact. prooem. §. 2.) Saepius non habetur in N. T.

Ἐκτινάσσω, f. ξω, (ab ἐκ et τινάσσω quatio) *excutio, ausschütteln, abschütteln*, ut τὰ ἱμάτια Act. XVIII, 6. τὸν κονιορτόν Marc. VI, 11. addito genit. τῶν ποδῶν *von den Füssen* Matth. X, 14. Act. XIII, 51.

Ἕκτος, η, ον, *sextus*, Matth. XX, 5. al.

Ἐκτός, adv. (ab ἐκ) *extra, aussen, ausserhalb.* Legitur a) adverbialiter et praefixo articulo substantive: τὸ ἐκτός, *externa pars, externum*, τινός alicuius rei Matth. XXIII, 26. (Xen. de magist. equit. VII, 4. si lect. sana.) — b) praepositionis vim habet, sq. genit. cf. *Fischer* ad Well. Vol. III. P. II. p. 74. *Matthiae* §. 576. p. 1136. *extra, ausser, ausserhalb* aa) de loco, ut ἐκτὸς τοῦ σώματος εἶναι, propr. 2 Cor. XII, 2. 3. metaph. pro: *ad corpus non pertinere* 1 Cor. VI, 18. (ita τὰ ἐκτός Epictet. Enchirid. c. 29. Eurip. Phoen. v. 42.) — bb) metaph. pro: *praeter, ausser* i. e. *ausgenommen* Act. XXVI, 22. οὐδὲν ἐκτὸς λέγων ὧν — ἐλάλησαν i. e. οὐδὲν λέγων ἐκτὸς τούτων ἃ — ἐλάλησαν. De qua attract. cf. *Buttm.* §. 130, 3. *Matthiae* §. 473, b p. 884. — 1 Cor. XV, 27. Ita LXX pro לְבַד sq. מִן Judd. VIII, 26. מִלְּבַד 1 Regg. X, 13. (Xen. H. G. I, 2. 2.) — c) per abundantiam praeponitur verbis εἰ μή: ἐκτὸς εἰ μή i. e. *nisi, ausser, ausser wenn* 1 Cor. XIV, 5. XV, 2. 1 Tim. V, 19. (Lucian. Dial. Mort. XVI, 6. Plut. vit. Demosth. c. 19 fin.) cf. *Lobeck* ad Phryn. p. 459. *Voigtländer* ind. ad Lucian. Dial. Mort. p. 225. Saepius non legitur in N. T.

Ἐκτρέπω, f. ψω, (ab ἐκ et τρέπω verto) 1) *deflecto, declino, extorqueo, heraus wenden* [herauswinden Diod. Sic. II, 56. abwenden, τί τινι, etwas von etwas Eurip. Bacch. v. 797 ed. *Elmsl.* Vide *Passow* sub h. v.] a) passivum: *deflector* = *plane abducor, prorsus discedo* Hebr. XII, 13. ἵνα — ἐκτραπῇ *ne, quod claudum est*, [trop. pro: ne, qui iam vacillat, cuius fides iam dubia est] *prorsus deficiat.* Cf. *Böhme* ad h. l. — Alii: ne, quod claudum est, prorsus detorqueatur vel luxetur. —

b) medium, *me deflecto*, *ich wende mich ab von einer Sache.* Ita de personis, quae, relicta vera doctrina, ad errores deflectunt aa) sq. εἰς 1 Tim. I, 6. (Polyb. VI, 4. 9. sq. πρός Diod. Sic. Tom. X. p. 54 ed. Bip.) — bb) sq. ἐπί c. accus. 2 Tim. IV, 4. — cc) sq. ὀπίσω τινος i. e. declino ab aliqua re, ut sequar alium aliquem 1 Tim. V, 15. (sq. ἐντεῦθεν Xen. Anab. IV, 5. 14. sq. genit. Joseph. Antiq. VI, 3. 2.) — 2) medium: *aversor, fugio*, sq. acc. rei 1 Tim. VI, 20. (Aelian. V. H. XIII, 26. Dem. 411, 12.)

Ἐκτρέφω, f. ψω, (ab ἐκ et τρέφω, nutrio: enutrio cf. *Valckenar.* diatrib. p. 159 ed. Lips.) 1) *alo, nutrio* Eph. V, 29. ἀλλ' ἐκτρέφει καὶ θάλπει αὐτήν (Aelian. V. H. II, 14. Xen. Anab. VII, 2. 32.) — 2) *educo* Eph. VI, 4. ἐκτρέφετε αὐτὰ [τὰ τέκνα] ἐν παιδείᾳ καὶ νουθεσίᾳ κυρίου. (Polyb. VI, 6. 2.)

Ἔκτρωμα, τος, τό, (ab ἐκτιτρώσκω abortum facio) *partus abortivus, foetus immaturus.* Semel 1 Cor. XV, 8. quo sensu Paulus h. l. semet ipsum Apostolum comparet ἐκτρώματι, ipse v. 9. explicat verbis οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς καλεῖσθαι ἀπόστολος. Quantum igitur foetus immaturus distat maturo, tantum semetipsum inferiorem esse dicit Apostolis à Jesu ipso delectis. cf. *Fritzsche* diss. I. p. 60—62. LXX pro נֵפֶל Job. III, 16. Cohel. VI, 3. (Aristot. H. An. X, 27.) Vocabulum ἔκτρωμα et cognata τρωσμός, τιτρωσμός, ἔκτρωσις, ἐκτιτρώσκεσθαι magnam certe antiquitatem habentia ad Atticos transfluxisse, non veteres illos et incorruptos, sed macedonici aevi tanquam aura afflatos, docuit *Lobeck* ad Phryn. p. 209.

Ἐκφέρω, f. ἐξοίσω, aor. 1. ἐξήνεγκα, a. 2. ἐξένεγκον (ab ἐκ et φέρω) 1) *effero, exporto, heraustragen, herausbringen* Act. V, 15. ἐκφέρειν τοὺς ἀσθενεῖς. 1 Tim. VI, 7. Luc. XV, 2. ἐξενέγκατε τὴν στολὴν τὴν πρώτην bringet das beste Kleid heraus. (Herodian. II, 1. 4. Xen. Cyr. V, 2. 7.) — de iis, qui mortuum efferunt Act. V, 6. 9. 10. (Polyb. I, 80. 11. Xen. Anab. VI, 1. 6 vel V, 9. 6.) — 2) *profero e loco, hervorbringen, edo,* de terra fruges edente Hebr. VI, 8. (Diod. Sic. II, 47 et 53. Polyb. XXXVII, 3. 8. Aelian. V. H. III, 18. Plut. de puer. ed. c. 4. Mor. I. p. 4. ed. *Tauchn.* Xen. Oec. XVI, 5.) Saepius non extat in N. T.

Ἐκφεύγω, f. φεύξομαι cf. *Buttm.* §. 100 et 101. grammax. Vol. II. §. 113. p. 52. §. 114. p. 248. *Matthiae* §. 183. p. 326. (ab ἐκ et φεύγω fugio) *effugio* i. e. a) *aufugio*, sq. ἐκ c. genit. loci Act. XIX, 16. — absolute Act. XVI, 27. (Xen. Cyr. VI, 1. 40.) — b) *evado, aus einer drohenden Gefahr entrinnen*, seq. acc. Luc. XXI, 36. Rom. II, 3. 2 Cor. XI, 33. — absolute 1 Thess. V, 3. καὶ οὐ μὴ ἐκφύγωσιν i. e. *und sie werden ge-*

wiss nicht entkommen. De qua vi verbb. οὐ μὴ [= οὐ δέδοικα μὴ ἐκφύγωσιν] cf. *Matthiae* §. 517. p. 988. coll. *Herm.* ad Soph. Oed. Col. 1028. — Hebr. II, 3. LXX pro סוס Judd. VI, 11. סור Job. XV, 30. נִמְלַט Jes. LXVI, 7. (Diod. Sic. I, 31. Herodian. I, 9. 16.)

Ἐκφοβέω, ῶ, f. ήσω, (ab ἐκ et φοβέω terreo; exterreo, herausschrecken) *perterrefacio, in metum coniicio.* Semel in N. T. 2 Cor. X, 9. LXX pro הַחֲרִיד Deut. XXVIII, 26. (Polyb. XIV, 10. 3.)

Ἔκφοβος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τό, *metu perculsus.* Bis in N. T. Marc. IX, 6. Hebr. XII, 21. LXX ἔκφοβός εἰμι pro יָגֹרְתִּי Deut. IX, 19.

Ἐκφύω, f. ύσω, (ab ἐκ et φύω) *progermino ex aliqua re.* Bis in N. T. Matth. XXIV, 32. Marc. XIII, 28. (Symmach. pro הוֹצִיא Ps. CIII, 14. Euripid. Phoen. v. 7. et 958. Palaeph. fab. 6. Lucian. Tim. §. 26.)

Ἐκχέω, et forma Grammaticis improbata ἐκχύνω [Matth. XXIII, 35. XXVI, 28. Marc. XIV, 21. Luc. XI, 50. XXII, 20. cf. *Lobeck* ad Phryn. p. 726.] fut. ἐκχεῶ [Act. II, 17. 18. item Choeroboсс. *Bekker* Anecd. p. 1290. forma Graecis antiquioribus, habentibus ἐκχεύσω, incognita, cf. *Buttm.* §. 86.* gram. max. Vol. I. §. 95. p. 407 sq. *Matthiae* §. 182, not. 1. p. 325.] aor. 1. ἐξέχεα [cf. *Buttm.* §. 87, not. 1. gram. max. Vol. I. §. 96, not. 1. p. 410. *Matthiae* §. 185, not. p. 329.] perf. p. ἐκκέχυμαι, a. 1. p. ἐξεχύθην, f. 1. p. ἐκχυθήσομαι cf. *Buttm.* §. 88, 6. not. 4. gram. max. Vol. I. §. 98, not. 5. p. 437.]

effundo, ausgiessen, ausschütten, vergiessen, verschütten A) activum a) propr. aa) universe, seq. acc. rei Matth. IX, 17. Marc. II, 22. Luc. V, 37. — Joh. II, 15. Act. I, 18. — et seq. acc. vasis ex metonymia continentis pro contento Apoc. XVI, 1. 2. 3. 4. 8. 10. 12. 17. — bb) αἷμα ἐκχέω, *sanguinem effundo* [cum anima] α) ut fit in victimis, quibus mactandis foedera sanciuntur Matth. XXVI, 28. Marc. XIV, 24. Luc. XXII, 20. — β) ut fit in trucidando aliquo, *sanguinem* [cum anima v. αἷμα] *effundo = trucido, interficio,* ἐκχέω τὸ αἷμά τινος = *interficio aliquem* Matth. XXIII, 30. Luc. XI, 50. Act. XXII, 20. Rom. III, 15. Apoc. XVI, 6. LXX et שָׁפַךְ דָּם Gen. IX, 6. XXXVII, 21. 2 Sam. I, 16. III, 28. — — b) metaph. pro: *largiter do, largiter instruo* aa) sq. acc. rei Act. II, 33. — bb) sq. acc. rei et ἐπί c. acc. pers. quae largiter instruitur aliqua re Act. X, 45. Tit. III, 6. q. l. οὗ per attract. pro ὅ. Ita LXX et שָׁפַךְ Job. XII, 21. Ps. LXIX, 29. Jerem. XIV, 16. (Siracid. XVIII, 11.) — cc) sq. acc. rei et ἐν c. dat. loci Rom. V, 2. ἡ ἀγάπη τοῦ θεοῦ ἐκκέχυται ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, ex attract. pro: ἐκκέχυται

εἰς τὰς καρδίας ἡμῶν καὶ ἐνοικεῖ ἐν αὐταῖς. — dd) sq. ἀπό c. genit. loco genitivi partis [vid. supra sub ἀπό p. 117.], addito ἐπί c. acc. person. Act. II, 17. 18.

B) medium: *effundor, ich ergiesse mich aus etwas εἴς τι in etwas* [propr. ut de fluvio in mare effuso Herodian. VIII, 7. 1.] metaph. pro: *do me alicui rei, sich einer Sache hingeben oder ergeben, ruo in aliquid,* sq. dat. ad directionem pertinente [cf. *Matthiae* §. 401. p. 732. §. 402, c. p. 736. *Winer* p. 85.] Jud. v. 11. τῇ πλάνῃ τοῦ βαλαὰμ μισθοῦ [= für Lohn, aus Gewinnsucht, lucri studio cf. *Matthiae* §. 368. p. 681. coll. §. 364. p. 678.] ἐξεχύθησαν. (sq. εἴς τι Diod. Sic. Tom. IV. p. 50. ed. *Bip.* Lucian. Timon. §. 15. Polyb. XXXII, 11. 4. *effundi* Tacit. annal. I, 54. Curt. vit. Alex. M. VIII, 6.) Saepius non legitur in N. T.

Ἐκχύνω, vid. Ἐκχέω.

Ἐκχωρέω, ῶ, f. ήσω, (ab ἐκ et χωρέω) *e loco discedo, decedo.* Semel in N. T. Luc. XXI, 21. καὶ οἱ ἐν μέσῳ αὐτῆς sc. Ἰουδαίας, ἐκχωρείτωσαν. LXX pro בָּרַח Amos VII, 12. (Diod. Sic. IV, 64.)

Ἐκψύχω, f. ξω, (ab ἐκ et ψύχω spiro) *exspiro* i. e. *animam efflo.* Ter in N. T. Act. V, 5. 10. XII, 23. LXX pro נָפַח animum despondere Ezech. XXI, 12. (7.)

Ἑκών, οῦσα, όν, *non coactus, voluntarius, lubens, sponte.* Bis in N. T. Rom. VIII, 20. 1 Cor. IX, 17. (Herodian. IV, 13. 17. Aelian. V. H. XII, 1. Xen. Cyr. I, 1. 4.)

Ἐλαία, ας, ἡ, 1) *olea, der Oelbaum* Matth. XXI, 1. XXIV, 3. XXVI, 30. Marc. XI. 1. XIII, 3. XIV, 26. Luc. XIX, 37. XXII, 39. Joh. VIII, 1. τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν mons oleis consitus, mons olivarum, duobus passuum millibus Act. I, 12. secundum Joseph. Arch. XX, 8. 6. quinque stadiis distans ab Hierosolymis versus orientem cf. *Winer* bibl. Realw. p. 494. — trop. Rom. XI, 17. 24. Apoc. XI, 4. — 2) *oliva,* fructus oleae Jacob. III, 12. (Xen. Oec. XIX, 17.)

Ἔλαιον, ου, τό, *oleum,* quod apud veteres lucernis suffundendis Matth. XXV, 3. 4. 8. aegrotis sanandis Marc. VI, 13. Luc. X, 34. Jac. V, 14. capiti et corpori inungendo Luc. VII, 46. maxime cum epulae lautae instituerentur, ἔλαιον ἀγαλλιάσεως Hebr. I, 9. שֶׁמֶן שָׂשׂוֹן Ps. XLV, 8. item cibis parandis, butyri loco adhibebatur. In rebus ad mercaturam pertinentibus commemoratur Luc. XVI, 6. Apoc. VI, 6. XVIII, 13. cf. *Winer* bibl. Realw. p. 493. (Athen. XV, c. 11. Xen. Symp. II, 4 et Oecon. XX, 4.) Saepius non extat in N. T.

Ἐλαιών, ῶνος, ὁ, *olivetum; locus oleis consitus.* Act. I, 12.

Ἐλαμίτης, ου, ὁ, *Elamita* i. e. *civis provinciae Elymaidos*, regionis sitae in Media australi montem Orontem inter et fluvium Eulaeum prope Susianam, versus meridiem positam Act. II, 9.

Ἐλάσσων, att. ττων, ὁ, ἡ, — ον, τό, *minor*, dicitur de iis, qui minores sunt vel natu Rom. IX, 12. — vel dignitate *inferior* Hebr. VII, 7. (Epict. Enchirid. c. 25. Polyb. IV, 6. 12. Herodian. V, 1. 14. Xen. de rep. Lac. V, 8.) — vel bonitate, *vilior* Joh. II, 10. Saepius non legitur in N. T.

Ἐλάττον, *minus*, adv. (pp. neutrum vocabuli praecedentis) 1 Tim. V, 9. χήρα καταλεγέσθω μὴ ἐλάττον ἐτῶν ἑξήκοντα. (Diod. Sic. I, 32.)

Ἐλαττονέω, ῶ, f. ήσω, (ab ἐλάττων) *minor sum*. Extat tantum 2 Cor. VIII, 15. ὁ τὸ ὀλίγον, οὐκ ἠλαττόνησε qui pauca collegerat, non minor vel inferior erat sc. opibus. Ita LXX pro הֶחְסִיר Exod. XVI, 18. Habent huius verbi loco Graeci antiquiores ἐλαττόω cf. *Passow* I. p. 449.

Ἐλαττόω, ῶ, f. ώσω, (ab ἐλάττων) *minorem facio*, *inferiorem facio*, pass. ἐλαττόομαι, οῦμαι, *minor* vel *inferior reddor*, ter in N. T. de personis auctoritate et dignitate alio inferioribus vel decrescentibus Joh. III, 30. Hebr. II, 7. 9. LXX pro חסר Ps. VIII, 6. (Xen. H. G. I, 4. 13. Diod. Sic. III, 68. et T. IX. p. 328. *Bip.*)

Ἐλαύνω, f. ἐλάσω, pf. ἐλήλακα, *agito*, *treiben*, *in Bewegung setzen* a) de vento naves, nubes agitante Jac. III, 4. 2 Petr. II, 17. — b) de personis navem remis agitantibus [plene i. e. addito ναῦν Hom. Odyss. XV, 502. absolute:] ubi Latini: *remigo* Marc. VI, 48. — Joh. VI, 19. ἐληλακότες — τριάκοντα. De accus. *wieweit?* cf. *Matthiae* §. 425, b. p. 785. (Hom. Odyss. XIII, 22. Thuc. III, 49. VIII, 108.) — b) de personis agitatis ab aliqua re, sq. εἰς c. acc. loci Luc. VIII, 29. (de feris Xen. Cyr. VIII, 1. 44.)

Ἐλαφρία, ας, ἡ, *levitas* (pp. ponderis; in N. T.) *animi levitas*. Semel in N. T. 2 Cor. I, 17. Esse hoc voc. serioris aevi, docet *Lobeck* ad Phryn. p. 343.

Ἐλαφρός, ά, όν, *levis* pondere. Bis in N. T. ut Matth. XI, 30. ubi ponderi levi Jesus comparat praecepta sua. 2 Cor. IV, 17. τὸ ἐλαφρὸν [= ἡ ἐλαφρία cf. *Matthiae* §. 269. p. 555. *Winer* p. 91.] τῆς θλίψεως = ἡ ἐλαφρὰ θλίψις cf. *Gesen.* p. 644, 2. *Ewald* p. 572 sq. *Winer* p. 91. *Fischer* ad Well. Vol. III. P. I. p. 293. *Matthiae* §. 430. p. 796. *Herm.* ad Vig. p. 879. 890. LXX pro קַל Job. XXIV, 18. (Xen. Venat. IV, 1. VI, 11.)

Ἐλάχιστος, η, ον, (superlat. adiect. μικρός, ductus ab ἐλαχύς) *minimus*, vel qualitate Jac. III, 4. vel numero et copia

Luc. XVI, 10. XIX, 17. vel dignitate Matth. V, 19 ter. II, 6. XXV, 40. 45. vel de rebus minimi momenti Luc. XII, 26. et caussis minutis 1 Cor. VI, 2. De εἰς ἐλάχιστόν ἐστι 1 Cor. IV, 3. vide sub εἰς. LXX pro קָטֹן 2 Regg. XVIII, 24. (Sapient. VI, 6. Xen. Mem. I, 2. 14.) Saepius non extat in N. T.

Ἐλαχιστότερος, α, ον, (comparat. formatus a superlat. ἐλάχιστος) *multo minor, multo inferior.* Extat tantum Eph. III, 8. Eiusmodi comparativos et superlat. frequentes apud poetas, vitiosos esse in oratione soluta, docent *Lobeck* ad Phryn. p. 136. *Buttm.* §. 63. not. 3. gram. max. Vol. I. §. 69, not. 9. p. 280. *Matthiae* §. 136. p. 260. *Winer* p. 97.

Ἐλάω, v. ἐλαύνω.

Ἐλεάζαρ, ὁ, *Eleasar*, hebr. אֶלְעָזָר, nom. pr. viri hebr. Matth. I, 15.

Ἔλεγξις, εως, ἡ, (ab ἐλέγχω) *redargutio, probatio.* Legitur tantum 2 Petr. II, 16. ubi ἔλεγξιν ἔχειν est i. q. ἐλέγχεσθαι redargui, convinci.

Ἔλεγχος, ου, ὁ, (pp. quicquid ad convincendum et redarguendum aliquem facit, argumentum, Beweis Aelian. V. H. VII, 19) — 1) ex metonym. anteced. pro consequente: *certa persuasio* Hebr. XI, 1. — 2) *refutatio* 2 Tim. III, 16. ὠφέλιμος — πρὸς ἔλεγχος. LXX pro תּוֹכֵחָה Jes. XXVII, 3. תּוֹכַחַת Job. XIII, 6.

Ἐλέγχω, f. ξω, (pudore afficio, confundo Hom. Iliad. IX, 519.) — 1) *convinco, argumentis probo*, sq. acc. pers. Joh. VIII, 9. ὑπὸ τῆς συνειδήσεως ἐλεγχόμενοι, et addito περί τινος v. 46. XVI, 8. — absol. 2 Tim. IV, 2. (Aelian. V. H. XII, 51. Xen. Cyr. III, 1. 12.) — 2) *erroris convinco, refuto* 1 Cor. XIV, 24. ἐλέγχεται ὑπὸ πάντων. Tit. I, 9. τοὺς ἀντιλέγοντας ἐλέγχειν al. (Diod. Sic. V, 33. Xen. Oec. X, 8.) — 3) *reprehendo, graviter admoneo*, sq. acc. pers. et περί τινος Luc. III, 19. ἐλεγχόμενος ὑπ' αὐτοῦ περὶ Ἡρωδιάδος. — sq. acc. pers. Matth. XVIII, 15. 1 Tim. V, 20. Tit. I, 13. Jac. II, 9. sq. acc. rei Tit. II, 15. (Aelian. V. H. XIII, 25. Xen. Mem. I, 2. 42.) — 4) *castigo*, sq. acc. pers. Hebr. XII, 5. μηδὲ ἐκλύου ὑπ' αὐτοῦ [τοῦ θεοῦ] ἐλεγχόμενος. Apoc. III, 19. Ita LXX pro הֹכִיחַ 2 Sam. VII, 14. — 5) ex adiunct. *notando manifesto, in lucem protraho* Joh. III, 20. Eph. V, 11. 13. (Aelian. V. H. XII, 6. Artemid. I, 68. Xen. Symp. VIII, 43.)

Ἐλεεινός, ή, όν, (ab ἔλεος q. v.) *qui misericordiam movet, miser.* Bis in N. T. 1 Cor. XV, 19. Apoc. III, 17. (Diod. Sic. XIII, 28. Clem. Alex. Protrept. p. 10. ed. *Sylb.* ἐλεεινὸν σκύβαλον, et de eo, qui est proclivis ad misericordiam Herodian. I, 4. 3. Synes. Epist. 154. 293.) Formam Atticis probatam fuisse ἐλεινός, docet *Lobeck* ad Phryn. p. 87.

Ἐλεέω, ῶ, f. ήσω, 1) *misereor*, seq. acc. cf. *Matthiae* §. 414. p. 767. Passiv. ἐλεέομαι, οῦμαι, *misericordiam ex-*

perior Matth. V, 7. IX, 27. XV, 22. XVII, 15. XVIII, 33. XX, 30. 31. Marc. V, 19. X, 47. 48. Luc. XVI, 24. XVII, 13. XVIII, 38. 39. (Aelian. V. H. XIII, 31. Xen. Mem. II, 6, 21.) — 2) *benignum me exhibeo alicui, favore meo orno.* Pass. *benigne tractor, beneficiis ab aliquo ornor* — a) universe Rom. IX, 15. 16. 18. XI, 30—32. XII, 8. 1 Cor. VII, 25. 2 Cor. IV, 1. Phil. II, 27. 1 Petr. II, 10. Jud. v. 22. Ita LXX pro חָנַן Exod. XXXIII, 19. — b) *ἐλεέομαι, veniam nanciscor* 1 Tim. I, 13. 16. Ita LXX pro רִחַם Hos. II, 3. חָנַן Prov. XXI, 26. חָמַל Ezech. VII, 4. 9. VIII, 18. Saepius non habetur in N. T.

Ἐλεημοσύνη, ης, ἡ, (misericordia Callimach. Hymn. in Del. v. 152.) *beneficium, stips erogata pauperibus* Matth. VI, 2. 3. 4. Luc. XI, 41. XII, 33. Act. III, 2. 3. 10. IX, 36. X, 24. 31. Ita LXX et hebr. צְדָקָה Dan. IV, 24. (Siracid. III, 31. XXXI, 12. Diog. Laert. V, 17.)

Ἐλεήμων, ονος, ὁ, ἡ, *misericors.* Bis in N. T. Matth. V, 7. Hebr. II, 17. LXX pro חַנּוּן Ps. CIII, 8. רַחוּם Ps. CXLV, 8. חָסִיד Jer. III, 12.

Ἔλεος, ου, ὁ, *misericordia* a) proprie i. e. *animus ad benefaciendum misero promtus* Matth. XXIII, 23. Tit. III, 5. Hebr. IV, 16. LXX pro צְדָקָה Jes. LVI, 1. Ezech. XVIII, 19. חֶסֶד Prov. XIX, 22. (Lucian. Dial. Deorr. XIII, 1. Hom. Iliad. XXIV, 44.) — b) ut hebr. חֶסֶד pro: *virtus* universe Matth. IX, 13. XII, 7.

